

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

#### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + Keep it legal Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

#### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/







37-2554

**)** 

Ľ

Digitized by Google

and the state of t

# IMPERATORUM ROMANORUM NUMISMATA A POMPEJO MAGNO AD HERACLIUM 'C O M I T I S FRANCISCI MEDIOBARBI B I R A G I.



31942

· • • »

RUMANCE NUMISMAN A POMPEJO MAGNO AD HERACHULL COMITIS TELLOIGEM ICHEMALE I DA SIL

•


Digitized by Google



1.2

. TT T.

I Google



المراجع المراجع المستعمر المراجع المراج المراجع ·**Ţ**.,

# IMPERATORUM ROMANORUM NUMISMATA

### A POMPEJO MAGNO AD HERACLIUM AB ADOLFO OCCONE OLIM CONGESTA,

Augustorum Iconibus, perpetuis Historico-Cbronologicis Notis, pluribusque Additamentis jam illustrata

## A FRANCISCO MEDIOBARBO BIRAGO

S. R. I. Comite, & Regiz Civitatis Papiz Decurione;

Nunc verd ab innumeris mendis expurgata,

AC SAC. CÆSAREÆ ET REG. CATHOLICÆ MAJESTATI INVICTISSIMI ET CLEMENTISSIMI

# CAROLIVI, ROM. IMP. SEMPER AUGUSTI

E X H I B I T A,

Additionibus usque bac desideratis, Criticisque Observationibus exornata,

### CURANTE

PHILIPPO ARGELATO BONONIENSI.



### EX ÆDIBUS SOCIETATIS PALATINÆ. Superiorum permissu.



na se a companya a serie de la companya de la comp Na serie de la companya de la company 

-.

4 . . . . . .



# CAROLOVI, ROM. IMPERATORI SEMPER AUGUSTO PIO TRIUMPHATORI OPTIMO PRINCIPI

Philippus Argelatus Bononiensis VITAM ET FELICITATEM.



Ptimum sanè obsequii argumentum

Party and and a second se

inter alsa plura majores nostri, CA-SAR AUGUSTISSIME, erga Principes suos invenisse puto, cùm eorum Imagines, non corporistantum qua facile sub sensibus cadere potea rant,





rant, sed & animi potissimum, quæ illorum aciem fugiebant, sculptas in Nummis æternitati tradiderunt; 3 ipsorum egregia facinora, quorum bistoria literatis tantum viris, vel codicum, vel tabularum operâ communicari poterat, illiteratis etiam B rusticis, atque universa plebe per oculorum officium eam capientibus, ad Posteros transmiserunt. Iis enim continud per manus omnium circumlatis, jam nemo erat, utcumque remotissimus, qui veluti quadam Principis prasentia non recrearetur; subditæ verd gentes, vel magnitudinem extructorum operum, vel eximiam liberalitatem, vel negotia feliciter expedita, vel Classium numerum, vel debellatarum Provinciarum nomina contemplantes, animum in Principem firmissimis vinculis non devincirent, & quod etiam super cetera valde jucundum, iph etiam hostes in signatis Nummis majestatem Principis non reverentur, ejusque virtutes & fortunam timerent

Hinc signatorum Nummoram cupiditate mirifice motum Alexandrum bumanæ gloriæ amantissimum ait Philostratus, ipsumque Julium Cæsarem, magno hæc in pretio habuisse narrat Tranquillus, quod majorum facta, 3 imagines animo recolentes, ea sibi fortasse notabant, qua imitarentur, vel, facta comparatione, superasse gauderent. Quamobrem babes, INVICTISSIME IMPERATOR, quod Majestate Tua dignum sit otium, clim oculos converteris ad copiam hanc ingentem Nummifmatum, quæ collegit & illustravit Comes Franciscus Mediobarbus Papiensis. Continet exim longam à Pompejo Magno Virorum, Faminarumque Principum seriem ad Heraclium usque; as Romanorum Imperatorum perpetuam successionem, unde liceat eas omnes di-Rinctiùs contemplari, qui Romanum illud Imperium Divinâ

Divinâ Providentiâ bono publico Tibi traditum, variâ fortunâ jamdiu rexerunt. Erit ubique factorum fortium, liberalitatis, & magnificentiæ aliquod monumentum, erit virtutis incitamentum, B, ne veritati fraudem faciam, erit etiam vitiorum damnanda recordatio; Nec deerit commodum, quo velut in speculo veterum Imperatorum, Tuamque vivam & Sacratissimam Imaginem comparare poss; Immo nobis ea erit solatii perpetua opportunitas, quoties Te, Augustamque Familiam cum veteribus conferemus, & AUSTRIACÆ GENTIS gloriam in memoriam revocabimus; Illico namque comperiemus in Te unum collatas virtutes omnes, non solum eas, quibus partum Genti sux AU-STRIACI firmarunt Imperium; sed & ceteras omnes, quibus in prioribus Casaribus gloriatur antiquitas. Non bic locus, neque sufficit animus AU-STRIACÆ DOMUS praclara facta repetere

ΟΤΚ ΕΙ ΜΟΙ ΔΕΚΑ ΜΕΝ ΓΛΩΣΣΑΙ, ΔΕΚΑ ΔΕ ΣΤΟΜΑΤ ΕΙΕΝ ΦΩΝΗ Δ' ΑΡΡΗΚΤΟΣ ΧΑΛΚΕΟΝ ΔΕ ΜΟΙ ΗΤΟΡ ΕΝΕΙΗ

Nec quemquam eximium utcumque Scriptorem pro dignitate id exequi posse fidentiùs assevero, nisi reviviscant iterum veteres illi, qui Singenio, S dicendi arte plurimum valuerunt Herodotus T bucydides, Xenophon, S ex Latinis nostratibus præstantissimi, qui quæ sibi sumpserunt argumenta tractanda, exigua pene existimassent, AUSTRIACAS res contemplati, quæ sua magnitudine, copia, atque præstantia superiorum temporum celebratissimos hatenus Heroas longissimè superant. Immo si Tuas tantummodo imperandi artes, Justitiam nempe, Liberalitatem, Prudentiam, Fortitudinem, atque incredibilem illam in tanta fortuna S felicitate animi Moderationem persequi vellent, aresceret equidem stilus, neque pro majestate rerum ornata satis efflueret



ret oratio. Et sanè quis umquam satis celebraverit tyrocinium Tuum ab ipsatenerioris ætatis institutione, in qua sub SS.<sup>mo</sup> Patre Tuo LEOPOLDO prius animum virtutibus confirmare, quam scien--tiis expolire didicisti? cum Sapientissimum Princi--pem inter maximas Imperii curas, domi forisque bostium furore impetitum, fortitudine atque constantia, quodque præ ceteris laudabilius, mirâ in Deum Optimum Max. confidentiâ, in tantam denique felicitatem venisse gaudebas, ut perpetuis victoriis vim non solum ab Imperii finibus propulsaverit, sed terrorem host: bus incusserit, & insugnes eos egerit triumphos, qui clarioribus antiquorum, fiomnia juste perpendamus, facile sint præferendi Invea scilicet schola, iisque præceptis, FELICISSIME CÆSAR, constantiam eam comparare potuisti, qua cum ad Hispaniarum Regnum evectus es, Europain fore universam armis ferocientem du sustinere potuisti snon laboribus, non periculo, non longo itinerum incommodo fatigatus, nunc militis officium, nunc Ducis vigilantiam exercens, ne singulis deficeres, E3 omnibus adesses præsentia Tua jucundissima rem ubique restituens. Verum posteaquam serences ille dies illuxit, quo Septemvirûm amplissimorum suffragiis miro consensu, quia dignissimus, ad summum Imperii culmen evectus es; quod sanè non bumanis constilis, sed Divini Spiritus afflatu quodum quenisse anediderim, amplissimas spes præconcepimus aniversi, aliquando futurum, ut Impéris fines Tuis artibus protenderentur. Votis respondit eventus; cùm etenim Thraces, capta Peloponneso, neglecta per summum scelus Caroloviensis Religione pacis, Pannoniam inwadere molirentur, Europæ Christianæ, excidium comminati, Barbaris in nos irruentibus Te, Nomen-

que

Digitized by Google

-que Tuum Augustissimum, invictasque legiones opposuisti. Agebatur tunc Imperii Romani gloria, qua Tibi ab Augustis Majoribus Tuis, cùm magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita fuit : agebatur salus populorum, pro qua illi gravia bella gesserunt : agebatur de Religione Catholica sarta-tecta servanda, cui quemadmodum ab AU-STRIACIS CÆSARIBUS, ita à Te erat summoperè consulendum, cum Tu pestem, atque perniciem, quam Barbari nobis machinabantur, in ipsorum capita convertisti. Oppressos, jacentesque Religionis nostræ teterrimos bostes Petrovaradinum inspexit, trucidata eorumdem agmina, Ducum Principes interfectos; eâque parta victoria, quid fortium Virorum Virtus, singularis ductorum prudentia valeat, Tuique porissimium Nominis felicitas patefactum est. Prælium illud, quo pene de boste debellatum fuit, properè adeò confectum, satis esse omnibus videbatur -fecuritati Orbis Catholici diu firmandæ, sed numquam satis Tibi, & Tuæ gloriæ visum eft, quæ af-Jueta repetitis triumphis, id unum meditabatur, ut armorum Tuorum terrore, Barbaria intremisceret universa ; quod sanè evênit, quando Temisvaria boftium copiis numerosissimis, validisque operibus communita cessit Germanico exercitui triumphatori, qui Tuis auspiciis didicerat, nullam arcem quantumois natura, & arte munitam, præsidiariisque copiis instructam CAROLIVI, Nomini obsistere posse. Hinc Legionibus Tuis in Croatiam, Bosniam, Serviam iter Turcarum internicione patefactum est, arcesque complures sive expugnata, sive in deditionem accepta; binc & signis penetrata Moldavia, 3 Valachia; æquora camporum hostilis sanguinis alluvione oppleta, 3 protatis Imperii finibus, abique vi+ Etoriæ . . . .



Etoria erecta trophaa; nalla unquam oblivione delenda. a second a s Ubi autem Savus Danubio miscetur, Tauruni inquam, ibi posteriori anno nova, eaque immortalia augusta Gloria Tua relicta sunt monumenta. Ad banc quippe Urbem twendam, quam Barbari, Imperii sui firmissimum propugnaculum adversum nos semper esse putarunt, vires suas omnes, eogitationes. que contulerant, & parum rati, latissimum flumen, insanas substructionum moles, & plusquam triginta millia robora militum communire Civitatem, nis prope mænia ipsa exercitus permagni considerent, quo Milites Tui à capta oppugnatione defisterent, territi non minus ab operum munimentis, quam ab innumerabili penè exercitu undequaque vexati. Ad bac alia accedebant incommoda; iniquitas loci, qua res gerenda erat; hostes triplici obsepti vallo; milites Tui numero longè minores, aliis quippe castris custodiendis, aliis castello oppugnando relictis, qui superfuere ad proslium quadraginta mille, nova, atque inusitata virtute septorum ordines aggressi fortiter, S loci, & bostium difficultatibus superatis, primo vario belli eventu dimicarunt, redintegratis deinde viribus, bostibus partim casis, partim captis, fugatisque, vi-Etoriam omnium, que hactenus post hominum memoriam partæ erant, celebratissisman retulerunt Tuis auspiciis præliati. Clarissima bæc victoriæ præstitit, ut Tauranum Pannonie claustrum, omni presidiorum genere validum, desperatis rebus, brevi tempore, supra quam omnes sperabamus, in Tui cesserit potestatem; aded at de Te jure merito prædicari potuerit, quod de Cæsare olim Justinus: Plus magnitudine nominis sui fecit, quam armis alius Imperator facere potuisset. Ét si Fridericus ille IV. devi-

Digitized by Google

devisition Gunciensbus in Rannonia, Magnum, inguit, actum est opus, potiori jure In Ipse gloriari poteris, bisce wictoriis tot populos ab imminentibus calamitatibus likeratos, servatum Christianum Orbem, proindeque maximum opus aggressum Te fore, feliciterque adea confecisse, jure, inquam, gloriari poteris; angit enim adbuc bostes jactura praterita recordatio: pugnat adhuc memoria accepta cladis, ejusque in annuis Barbarorum vestigia alte defixa diuturnam Reinablica Christiana peperêre tranquillitatem; post id namque temporis jacere visa est in finn suo fusa Barbaria, cum Iu Turcica Gentis fidem tubricam, ne in perviciem nostram se commovere posset in pasterum; timore incusso vinxisti. Supplices Tibi manus Christiana Europa tendebat, Terrâ, Marique pertimescens graviora ab immani hoste pericula, cum In gloriose triumpho, atque antea penè inaudiza, commer Christiani nominis, & animi Provinoins cimore peneelfas crexisti, majori, nescio celenitate, an felicitate vincendi, coëgisti Thraces, qui tantos sibi spiritus sampserant, supplices sædus expofactes steque declarotum est, nullam in Terris ferocem aded Nationem, que Te si non diligat, metuat tamen, victricium armorum terrore concussa. Quod autem mirabile dictu est, nondum ab bujusmodi curis, & quidem gravissinis præ periculi magnitudine, animus Tuus conquieverat, nondum in Hungaria bellorum Arepitus resederant, nondum invicta illa Legiones respirabant, qua Te. auspice, præclare aded gesserant rent, cum dirissimum bellum noviter exarsit. Putabat novus Hostis, Te Turcico bello defatigatum, remotissimis Regnis tuendis imparem fusurum, aique ad ea occupanda numerosissima expedivione animum collide adjecit. Cedere Illi res primà feli-Minit



feliciter visa est; sed evolantibus confestim ab Oriente in Occidentem invictis Aquilis Tuis, primis Terra, Marique præliis, vel Militum Tuorum, vel Confæderatarum Gentium impetu actis, ita restitutæres nostræ sunt, ut seçuritatem adeptæ suerint optatis firam, cui perpetud servandæ sollicitus vigilas, Baliorum consilia, vel sola prudentia E celeritate prævertis: Unde jam satis exploratum, novis rebus tentandis neminem parem suturum, postquam undique sunt omnia munitisma, E propulsando non solum bello, sed vel inferendo instructisma.

Diversa bæc uno, eodemque ferè tempore genera B bellorum, B bostium properè confecta, nullam rem esse declararunt in usu militari postam, quæ aut consilium Tuum in providendo, aut Ducum Tuorum scientiam sugere possi; atque ita demum cognovimus Tibi oppido convenire solennem illam acclamationem, qua olim exercitûs, sublato clamore, testari solitos accipimus, Principem vinci non posse, ut apud Lampridium in Diadumeno legimus; siquidem non Tui tantummodo milites, sed B bostes ipsi, veritate vel ab invitis pectoribus erumpente, clamare visi sunt: CAROLUS VI. vinci non potest.

Hinc Imperii splendor iis quoque Nationibus illuxit, quæ antea Tibi infensæ, fædera Tecum inde junxerunt, ratæ, aut parum se tutas fore, aut inglorias, nisi Romano sociarentur Imperio. Vidimus nostra bac ætate, potentisson Reges, præter omnium spem, S opinionem, meliori consilio Tuam amicitiam poposcisse, Respublicas opibus validas Tuo Nomini fæderatas. In tanta rei bellicæ cura, tot inter bellorum motus quisque putasset, in militiæ Regno bonarum artium

Digitized by Google

tium disciplinam non posse consistere, quod olim Tullius judicaverat dicens: Omnia nobis literarum studia de manibus excutiuntur, simulatque motus aliquis novus bellum canere cœperit. Sed omnes norunt, Te pari cura belli munia, & pacis ornamenta perpetud coluisse, dum inter tanta opera bellorum ad literarum præsertim exercitia respicere non es dedignatus; banc enim quoque gloriam ab Augustis Majoribus Tuis accepisti jure bæreditario, eamque in dies amplificas una cum Imperii Dignitate, Domui Tuæ Augustissimæ gentilitium ducens, doctos viros benignè excipere, & bonestare, liberales artes omni studio fovere, literariosque labores inclyto patrocinio, & singulari munificentia commendare. Didicisti vel banc imperandi artem à Majoribus Tuis, nam Fridericus II. Vindobonæ Academiam instituit, ibidem excitatâ amplissimâ Bibliothecâ: pari liberalitate Albertus I., ejusque Filius Fridericus III., alter in Suevia, Regii Fontis, alter in Vindobonensi Silva, Maurbacense, canobia extru--xere, ubi sacra pariter, literarumque studia colerentur. Omitto Fridericum IV., cujus tempore libri formarum ope exscribi capere, & Graca lingua stu--dia, Rodulphi Agricolæ invicti laboribus instaurata, quæ deinde sub Maximiliano I. una cum literis Hebræis, atque Latinis impensiùs, & elegantiùs excultæ fuere; Ejusque in bonis artibus promovendis tanta extitit cura, atque sollicitudo, ut in primo Conventu Augusta Vangionum habito, nil potius habuerit, qu'am Principes Septemviros Imperatori créando etiam atque etiam bortari, in suis quisque Regionibus publica Lycza conderet erudiendz Juventuti; deficientibus namque studiis literarum, celebres quoque civitates torpescunt; & ipsa rerum divinarum, buma-С

Digitized by Google

bumanarumque disciplina, togæ, S armis apprime perutilis, Regnorum firmissimum munimentum; binc Carolus V. quum audivisset Thomam Morum, 3 Joannem Roffensem in Britannia extinctos, non sine acerbissimo sensu doloris jacturam banc conquestus, maluisse se, ait, munitissimam quamque Croitatem amitti, quàm duo illa literaria Reipublica lumina extingui. Nec minori pretio babiti celebres doctrinâ Viri à Rodulpho II., qui ingenti spe illectos, congiariis, stipendiisque auctoratos egregios mathefean institutores, Tychonem Braheum, de Astronomicis rebus optime meritum, & Joannem Keplerum ad se accivit : tantique Principis auspiciis aggressus est Tycho Tabulas, Rodolphinas dictas, quas Keplerus deinde perfecit. Nonne egregius erga Literas amor Ferdinandi II., qui in hæreditariis Regnorum Provinciis gymnasia constituit, ubi ingenia addiscendi cupida, doctrinarum pabulo nutrirentur? Sed uberiorem bac in re gloriæ fructum consecutus est Ferdinandus III., Matheseos omnis, reique bellicæ, S Architectonices Militaris consultissimus, cui optimarum artium studia referunt accepta, Vindobona in Austria, in Stiria Gracium, Tirnavia in Pannonia, Praga in Bobemia. Nec est quod commemorem LEOPOLDI sollicitudinem singularem, à quo tot confirmatæ Academiæ, quot nullus antes umquam CÆSAR : nec JOSEPHI Fratris Tui munificentiam in alendis præclaris ingeniis, excitandisque ad disciplinarum incrementum. Norunt bac Lignicenses, experti sunt Vindobonenses; & makto majora gessisset, ni bella necessario suscepta, & vis mortis antevertisset meditata consilia. Hæc, atque alia exempla Majorum, mirum est, quantum egregiam cæteroquin voluntatem Tuam

accen-

Digitized by Google

accendere potuerunt, ut Rei literariæ patrocinio suscepto, nil prætermitteres, SAPIENTISSIME CÆ-SAR, ad illius cultum, & ornamentum. Admirantur exteræ Nationes, quantâ curâ, quibusque sumptibus librorum suppellectilem colligi undequaque præceperis, instrui Bibliothecas refertissimas omnium linguarum, in omni disciplinarum genere, Scriptoribus eximiis : ingeniorum itidem monumenta rariora, diligenter exquiri, quæ semel reperta Eruditorum publicæ utilitati dedicata, Nationibus omnibus usui fint futura. Mirantur & Imperatoriam Magnificentiam cùm intra Sacri Palatii mænia locum Bibliothece dederis, & exquisitis omnibus ornamentis nobilitaveris, quodque magis æstimandum, Viros doctisfimos, & in omni Scientiarum genere exercitatos præfeceris.


Sed nullum profecto majus ad excolendas literas incitamentum, quam Tuus CÆSAR GLORIOSIS-SIME in eas amor & liberalitas, ipsaque Tua in solidioribus studiis exercitatio, ob quam Latinæ linguæ candor nitidissimus à pluriumque aliarum copia Sacratissimo è pectore feliciter adeò manat, ut Nationes Imperio Tuo subjecta utcumque lingua, & remotissimis Regionibus dissitæ in uno Te nativam jucunditatem inveniant. Ob earnque causam quidquid ubique in lucem effertur, tamquam ad Sapientissimum Patrem ad Te religiosè defertur. Hos inter ego ausus annis præteritis Rerum Italicarum Collectionem dedicare, novos bosce labores iterum sisto, quod Augustum Nomen Tuum expostulent, ed redituri, unde initium babuerunt. Liber enim bic industria mea expolitus jam ante Ratris Iui LEOPOLDI gloriosissima recordationis Nomen prasetulit. Neque Te dedignaturum spero ea, quæ Mediolanensis



nensis hæc Civitas paravit: Urbs inquam illa, quam Tuo jucundissimo simul atque augustissimo adspectu dignatus es semel ornare, quam tot prærogativis bonestatam cumulasti magnitudine beneficiorum, quibus nos permoti, quidquid nostrum est, nostrâve operâ elaboratum, Tui CÆSAREI Nominis obsequio perpetud ducimus consecrandum. Demitte inquam, Te paulisper ab excelso solio Gloriæ Tuæ tot victoriis, ac trophæis ornato, & tenue hoc perennis obsequii argumentum excipe, quod humiliter offero; cùmque veterum Impp. inscriptiones perlegeris, aptissimos omnium Tibi uni virtutum titulos invenies. Ipfe namque es, qui bello, 3 pace servas Imperium, qui partis Provinciis, Regnisque illud amplificas, qui Italiam ipsam ab armorum procellis bisce temporibus liberasti: adeò ut post tot egregia ornamenta, quibus Imperium decoras, unum tantummodo supersit, quo Imperium evadere possit felicius, maximum quidem, votisque omnibus expetitum, ut Augustum Filium videat; tunc quippe 3 nos erimus latiores, cum Illum, divino beneficio acceptum, gubernaculis Orbis admoveris: tunc erit beata posteritas, cum, Imperium per quingentos ferè annos ab AUSTRIACIS CÆSARI-BUS retentum, perpetuis Domus Tuæ radicibus coa+ lescat; tamque sit Imperium immortale, quam sempiterna soboles CAROLI VI. Imperatoris. Id dum enixè precor à Deo Opt. Max. bonorum omnium Largitore, per quem Reges regnant, & Prin-

cipes imperant, ad AUGUSTISSIMÆ MAJE. STATIS TUÆ pedes subjectissimi obsequii testimonium boc exiguum depono. Mediolani Kal. Novembris MDCCXXX.

الم المراجع ال المحالة المراجع المراجع





:5 1





Ferroni delin.

Franciscus Zunchi Venotus Se.

## IN NOVAM EDITIONEM NUMISMATUM COMITIS FRANCISCI MEDIOBARBI PREFATIO PHILIPPI ARGELATI BONONIENSIS

D antiquitatum studia, quibus admodum delector, quibusque alendis diuturnos labores facultatesque meas omnes dicatas ex editis hactenus Rerum Italicarum tomis noverint Eruditi, & rem Nummariam pertinere fatentur omnes, quod illius ope Chronologia temporum optime instauretur; sincera Historiarum series vel componatur, vel probetur; Veterum Religio moresque, imo & ipsi corporum habitus cognoscantur; solidioris eruditionis maximum pateat incrementum, atque ut uno verbo cuncta exponam, ingens habeat Critice præsidium, fine cujus luce per Scriptorum tenebras incedentes, non semel in insignes deflectimur errores.

Hæc itaque mecum perpendens animo fingebam, fi quid forte ad communem Literatorum Virorum utilitatem in hoc etiam probatissimo studio conferre possem; sed cum Antonii Augustinii, Goltzii, Occonis, Panvinii, Spanhemii, Vaillantii, Bandurii, Relandi, aliorumque hujus notæ celebriorum Auctorum opera diligentius inquirerem, vix aliquid ad eximios illorum labores adcresci posse reputabam, multoque minus in hac Arte ceteris spicilegium reliquisse jam fere mihi persuaseram peritissimum antiquitatis Comitem Franciscum Mediobarbum, qui thesaurum in sua collectione nobis exposuit.

Non ignorabam tamen ab aliquibus accuratiorem diligentiam in ejus opere fuiste defideratam, jamque subaudiveram plures Literatos Viros quædam castigasse, quæ ad eluxatam ab Auctore Chronologiam restituendam erant necessaria; alios verò novo Nummorum augmento thesaurum ipsum ditiorem fecisse; atque, ut varia sunt hominum sudia, ceteros emendandis inscriptionibus incubuisse. Frequens interim erat libri deliderium, qui apud Nostrates impressus, frustra quotidie ab antiquitatum studioss expetebatur. Iis itaque rem gratam facturus, novam editionem exhibere meditabar, fed qualem Auctor ipse, cui neque peritia desuit, neque ingenium, si diutius vixisset, fecundis adhibitis curis parasset.

Extat namque adhuc apud Illustrissimum Comitem Carolum Pertusatum Patritium Mediolanensem & Senatorem, nunc in Supremo Hispaniarum Consilio Regentem, bonarumque omnium Artium cultorem eximium pretiosissimus Mediobarbi Codex, in quo plura ipse vel correxerat, vel auxerat, filii fui P. Joannis Antonii, de quo infra dicemus, calamo usus. Et si diutius vixisset, operam certe suam ita numeris omnibus consumasfet, ut nihil aliud nobis desiderandum superesset, mihique in renovanda su editione unicus tantum labor fuisset. Quod Auctor absolvere non potuit, hoc idem ante me cogitaverat P. Joannes Antonius Mediobarbus Comitis ejussem filius, & hæres eruditionis paternæ, qui plura Numismata in indice patris sui prætermissa fuis in locis ad marginem libri notaverat; sed etiam ipse ad superos vocatus optatum in clarissimum Genitorem officium implere non potuit. Bene tamen & utrique Mediobarbo & literariæ Reipublicæ cessit, quod castigatum a Patre, & auctum a filio exemplar a laudato Comite Catolo Pertusato in amplissima felectissimaque sua Bibliotheca fervatum est.

Non absimilem operam navasse celebratissimum Anglum Masson a pluribus relatum

erat, & inveniri apud hæredes Henrion Viri apud nostrates notisimi nominis exemplar aliud intellexeram multis in locis repunctum, ac diligenti censura notatum; quamobrem oborta spes erat, ut si hæc omnia observare licuisser, facile purgatissimam editionem instruere potuissem. Nullum itaque officium prætermissi ut desiderii mei compos sierem, rogavi pluries, & quantum in me fuit, studiosos omnes antiquitatis & rei nummariæ peritos instanter sollicitavi, variå tamen sortunå; quippe quæ apud Illustrissimum Comitem Pertusatum erant, humanitate qua solet liberaliter concessi; immo Vir dostissimus & in hujusse Artis peritia nulli secundus consilium meum laudavit, monitisque suis ita viam aperuit, ut sublatas difficultates omnes in renovato Mediobarbi opere non-

temere

Digitized by Google

temere mihi persualerim, plusque me profecisse ab ejus doctrina profiteri cogor, quam a communicatis Mediobarbi junioris codicibus, ut infra narrabo.

Pari forte ab hæredibus Henrion concessium est alterum exemplar, neque satis laudaverim R. P. D. Martini Bouquet Mohachi Benedictini Congregationis S. Mauri humanitatem, qua meum defiderium libente, quantum in eo suerat, implere staduit; acceptique beneficii memor erga plures literatissimos Viros, qui consilio, & monitis plurimum juvarunt, gratias publicitus refero, doleoque simul non arrissife fortunam in ceteris quæ optaveram, & a laudato Masson pluries expetiveram: is enim jure suo usus, nullo modo flecti potuit, ut ea quæ notaverat, sua cum laude in hac editione publicatentur.

Évolutis itaque iis exemplaribus ab Illustrifs. Pertufato, & ab hæredibus Henrion communicatis, statim deprehendi plus in spe, quam in re positum; nil enim aliud continebant, quam uberioram Numismatum copiam; suis enim in locis descripti nummi leguntur, quos Comes Franciscus præterierat; laudandam sane curam, sed quæ ad calcem deduci non possit. Nam eui tantum suerit otii, & lateris, ut quæ a majoribus inventa sunt, & a nobis tertio quoque die o ruderibus antiquitatis excavantar, describere, ac in ordinem redigere possit perenni labore ac diligentia? Immensum certe opus neque ullo umquam conatu perficiendum.

Nonnulla etiam notata legimus in eo codice, quæ ad æquiorem lancem librata, tanti minime fecimus, ut publica luce digna putaremus. Unum tantum referam, quo d vine omnium erit. Scripferat Comes Franciscus in uno Numismatum MAGNA URBICA: subdit Henrion II y a faute, deest I. vultque legi MAGNIA. Extra controversiam est Augustam Magniæ Urbicæ nomine fuisse appellatam; sed liquet etiam experientia, veteres incifores in Orthographiæ leges non semel peccasse, itaut literulas aliquas interdum omiferint. Et sane doctissimus P. Bandurius, cui præ manibus erat hic nummus, & inscriptionem attente legerat, & ipse scribit Magnæ, & altero in loco Magna demptâ I. quam nullibi observaverat. Error igitur si aliquis est, incifori tribuendus est, non Mediobarbo.

Optaverat etiam is Cenfor eam in Auctore nostro diligentiam, ut æs ab ære, modulum a modulo distingueret, & manum ipse admovit; Verum non satis perspicue distinctis vix duorum Imperatorum nummis, calamum posuit: sensisse namque difficultatem puto, in quam & si peritissimus quisque veniet, niss longa peregrinatione singula Europæ Musæa lustraverit, & vim ingentem Numismatum improbo labore, nec pari fructu contrectaverit. Et sane ad eruditionis incrementum, quod unice ab hisce studies est expetendum, nihil umquam conducere poterit formæ seu moduli notitia. Quod erat in eam rem præstandum apprime præstitit Mediobarbus, qui metallum a metallo distinxit, & Consultatuum ac Tribun. Pott. seriem per annos lingulos perpetuo servavit, celebratissimum Occonem imitatus: neque vitio ei vertendum, quod auctis-ex Musæo suo nummis Occonianis eorum magnitudinem non designaverit. Ad quid enim in paucis præstaret, quod in fingulis non poterat?

Sed jam ad novam hanc meam editionem redeo, ut confilium meum satis exponam. Id primum attente peregi, quod erat maxime necessarium, nempe ut vetus editio ab is Typographorum erroribus expurgaretur, quos ab ipfo Mediobarbo enumeratos tribus integris paginis in calce libri adjectis animadverti, & a ceteris omnibus, qui non tam illius, quam filii fui aciem aufugerant : triplicique ista castigatione (nam plures & nos etiam emendavimus) nitidissimam lectionem restituisse non dubitamus. Evolutis deinde exemplaribus its, quorum ante mentionem feci, adhuc erat molestus mihi scrupulus; quod neque a filio Mediobarbo, neque ab Henrionio Cenfore excustam Chronologiæ rationem animadvertebam, & utrumque, ut libere fatear, arguebam, quod umbrain infechantes a solidiori corpore diverterent, neque sedulo inquirerent, an in Consulatuum ratione ac nominibus Confulum Auctor peccasset, an certo Imperatori nummos tribuisset, qui erant alteri tribuendi, an adulterinos pro sinceris supposuisset; an demum in describendis Imperatorum gestis a Scriptorum fide aberrasset, & Decennalium enumerationem ac temporis notas invertisset, quo Cæsares, vel Augusti appellati, quove ad Imperium evecti, & vita functi defecerant, Omnia enim hæc a nonnullis in optimum virum ingerebantur, intereratque vel falsa diluere, vel probata emendare, ut nomini ejus & studiolis antiquitatum confuleretur.

Sane Auctor noster homo & ipse cæspitavit frequentibus lapsibus obnoxius, non tam oscitantia sua, quam quod aliorum fidem est securus. Quis Goltzium, Panvinium ac Baronium surros vades recusaverit? Nihilo tamen secius a Petavio, Pazio, Norisio, Relando, Tillemontio, Bandurio aliisque pluribus censuram jure merito sine famæ jactura sunt passi, quod humanæ naturæ tribuendum sit vitium, de quo in adagio pon omnia possures. Excusandus itaque suerat Mediobarbus, at minime parcendum erat errori, ne in antiquitatum studios propagaretur. Quamobrem Censorem optimum, quem adhuc invenire non potueram, commoditati publicæ consulturus provocavi, itàque novam editionem designavi, ut integre primam exhiberem, & paginarum nova forma veteri responderet, ea ductus ratione, ne citati sepius Auctoris locum in vulgatis hactenus libris multo cum incommodo lectores quærere cogerentur; suisque in locis num-

Digitized by GOOgle

nummos cos cóllocavi, quos Auctor in calce sui operis adjunxerat. Ad litos vero a Mediobarbo filio similiter apposui, præpositis alteriscis, & possessor nominibus enarratis, ejusque plures emendationes inter Notas descripti, nomine ipsus adjecto. Et licet incremento nummorum comparando, ut supra monui, minime studuerim, officio quodam teneri me credidi erga utrumque Mediobarbum, quod communes in una familia labores camdem sibi fortem vindicabant. Quæ tandem ad Chronologiæ rationem emendandam aliaque hujus generis ab Italo Censore sunt adnotata, in calce cujusque paginæ imprimenda curavi.

D. Franciscus Maria Biacca civis Parmensis is est in literaria Republica clarissimus ob vindicatam in libro suo vernacule, sed eleganti sermonis puritate scripto Josephi Flavii historiam ab accusationibus, quibus cam celebris alter hujus ævi Scriptor vexaverat. Egregius ille & omni liberali doctrina politissimus vir satis ostenderat quæ sit illi notitia temporum, quæ antiquitatis peritia, & quæ in sis explicandis diligentia; quamobrem ad hominis ingenium & vires respicients, studtra me apud exteros quærere cogitavi, quod in hac Urbe facile poteram invenire. Rogavi itaque amicum Virum, & proclivem in hæc studia illius animum ad arduum opus illexi, quod alacriter suscept , & emensio in tegri anni tempore feliciter consumavit.

Notas itaque suas per singulas paginas opportunis in locis, quos aritmeticis numeris indicavi, perpetui commentarii vice distribuit, eo confilio, ut quidquid in prima editione peccatum fuerat, emendaretur. Quod vero attinet ad Chronologiam, id D. Biacca profitetur, Mediobarbum cum Petavio, Pagio ac Tillemontio satis convenire, quod æram vulgarem Christi anno ab U. C. 753. constituerit, neque rationem eam ullibi interruperit; itaut nonnili per summam injuriam erroris in hac parte arguatur. In eo tamen aliquoties erravit, cum electionem Imperatorum suis Consulibus non bene alligavexit, idque in hac nova editione semper ab eo notatum. Consulum item nomina alia pro aliis non femel supposuit, & diversa sapius ab iis, quæ in veterum libris, & celebrioribus fastis leguntur, quodque gravius est, eos qui erant unius anni alteri tribuit; iisque restituendis D. Biacca, Goltzium, & Panvinium non fine cognita causa est sequutus; at ubi castigatos eos cognovit a Petavio, Pagio, Norisio, Tillemontio, aliisque hujus notæ Chronologis, excussis rationibus ad inquirendam veritatem necessaries, a primis recedens, ad celebriores alios tutamque semitam secessit, eorumque sententia Consulatus omnes, Tribunitias Potestates, Cæsarum & Augustorum appellationes, gestorum ordinem, decennalia, inaugurationes, ac Principum obitus tempora correxit, & Mediobarbi librum suo splendori ac genuinæ lectioni restituit. Ut autem commodius errores expurgaret, qui Auctorem nostrum infecerant, seu cum nummos descripsit, seu cum eorum ordinem invertit, seu cum fictitios, & suspectos pro sinceris probavit, Spanhemium, Vaillantium, Patinum, Oysel, Augustinium, Bandurium, & Angelonum consuluit rei nummariæ peritiflimos, aliquoties etiam & Harduinum. Quorum opera etsi usus etiam fuerit Mediobarbus, eolque libi suffragari sit arbitratus, re ad severiorem trutinam perpensa, eidem adversari manifesto comperiit.

Probavit etiam ad Critices lapidem suspectos nummos, falsosque nonnullos Censor notavit; at si fortasse aliquis adhuc a censura reliquus, id æquus æstimator excusabit, cum sciat arduum esse opus ac ferme impossibile de nummo, nisi metallum, & imagines oculo subsint, sola conjectura judicare.

Hisce propterea curis expolitus Auctor in publicam lucem iterum producitur, ut Literatorum omnium plausus renovetur, eo majori cum fructu, quo nullus hodie supersit locus, in quosit ab eis hæsitandum. Reliquum est, ut de iis, quæ Mediobarbus pater promilerat, quæque iple aucupari, ut ita dicam, non prætermili, conatu tamen irrito, referam. Vulgaturum se Romanos fastos, & Græcorum Numismata scripserat ille in libro, quem recudimus, & fidem suam obligaverat Auctor noster; absolutum ego utrumque librum opinatus in Joseph Antonii filii potestatem venisse credidi. Neque me mea fefellit conjectura. Nomen is dederat Congregationi Clericorum, quos vocant Somaschæ, stàque rem nummariam coluit, ut miro ingenii lusu ab ea discedere noluerit, cum panegyrim scripserat Ludovico XIV. Galliarum Regi eo in libro, cui titulus Ludovico Magno Panegyricus Imperatorum Romanorum nummis contextus, quo maximam fibi de co Rege gratiam, & ab Eruditis omnibus famam comparavit. Ad Superos in hac Mediolanensi Urbe vocatus, suas patrisque Schedas reliquit, easque in Bibliotheca S. Petri fervatas tandem nactus, D. Josepho Maria Stampa ejusdem Congregationis Præposito Viro doctifimo humaniter concedente, iterum iterumque fingulas examinavi; fed omnia adeo erant incomposita, & turbata, ut cum prædam manibus contrectarem, spem omnem amiserim. Erant & Fasti Romani, erant & aliquot notata Græcorum Numismata; fed in adversariis, quæ collectori suo usui erant ad concinnandum opus, non vero ceteris effe poffunt. Et quantum ego attenta lectione conjectari potui, Fastos ipse absolvere satagebat, postremamque operam Græcis Numismatis destinaverat. Quamobrem dolendum, homini peritisfimo, qui aliorum studiis opem certe laturus erat, vitam non suffecisse, quo fidem suam liberaret. Hactenus

ł

I



Hactenus ez quæ ad cognoscendas curas nostras in castigando Auctore pertinent Nunc te, Lector humanissime, rogo, ut cum librum nostrum aperueris, ad imaginum elegantiam respicias, in qua etiam parte rem gratam tibi facturum fore non dubitavi, si diligenter incifas ederem. Usus itaque sum opera Joseph Pini Parmensis, qui Serenissimo Parmæ Duci munus hoc assidue præstat tantâ diligentiâ, ut jam Piccarto æquari positi, vel artis peritiam spectes, vel simillimas imaginum formas, & in scalpendis nostris id ei commodi datum ab eruditissimo & amico P. Petro Pioveni Serenissimæ Cellitudinis Cimiliarcha, ut nummos singulos in celebratissimo Musæo serenissimæ Cellitudinis Ciborum nostrorum fructum, & si hæc tibi placuisse cognovero, bonusque Deus vitam & otium dederit, novo fortasse labori manum apponam, eruditis pluribus Viris morem gesturus, quibus ad collectionem Græcorum Numismatum follicitor, ac ferme urgeri me fentio, sum ipsis opem spondentibus. Issue præssidiis alterum tomum ita componam, ut vix aliquid in re nummaria sit utra desiderandum. Studiis interim nostris fave, & Vale.

## IMPERATORI CÆSARI D FERDINANDI III PACIFERI FILIO, **D** FERDINANDI II BOHEMICI, ET PANNONICI NEPOTI LEOPOLDO AUSTRIACO OPT. MAX., SARM. MAX., PANNON. MAX. P. P.

### SALUTEM, VICTORIAS, TRIUMPHOS.



132 SAP Ictoria cum Trophzo Gemma antiqui operis scalpta, & in munitione oppidi, quo sedem belli contra Neronem Set. Galba delegerat reperta, & faustum belli omen, & iplum Justum, Pium, & faventibus Diis susceptum designare credita est LEOPOLDE AUGUSTORUM AUGUSTE. Nec fecus excipias velim inter bellicos hos turbines, quibus ferver Europa, arque Asia, hæc meo studio, ex Verustatis ruderibus eruta, atque in unum congesta Impp. Romano-

rum Numismata, quæ tuo semper AUGUSTO, semper VERENDO, semper FELICI nomini (pro mea, & Proavorum meorum, erga M. T. C. & S. R. I. observantia) subjicio, & sacro; ut ex vectigalibus hisce Emblematis, que sunt CÆSARIS, CÆSARI reddita intelligas, fimulque in tot Augustorum impressis Victoriis, ac Triumphis, innumeros, quos tibi ominor, AUGUSTO-RUM CLEMENTISSIME, ACMAXIME, intuearis. Quidenim aliud portendunt VICTORIÆ JUSTÆ, ÆTERNÆ, DACICÆ, AUGUS-TÆ, GERMANICÆ, & PARTHICÆ Numismatibus signatæ, quam victori tuo capiti laureas Dacicas, Pannonicas, Germanicas, Thraciasque acceffuras? TRIUMPHI, AUGUSTI, PARTHICI, QUADI, quid aliud prænunciant, quam subactis Pannonibus, devictis Barbaris, PACE in S. R. I. PERPETUA FUNDATA, te GENTIUM BARBARA-RUM TRIUMPHATOREM, FUNDATOREMQUE PACIS? Quid aliud ominantur Trophza varia, abjecta ad pedes Czfarum Rebellium capita, Quadrigæ Triumphales, Victoriæ Laureas Impp. capitibus imponentes, Signum denique Constantino Magno Divinitús ostensum, quam te IN HOC SIGNO UBIQUE VICTOREM? DANUVIUS jacens, DA-CIA CAPTA, PANNONIÆ, ASSYRIA, ET PALÆSTINA IN POTESTATEM P. R. REDACTÆ, ARABIA, & DACIA AUG. PROVINCIÆ, ASIA, denique AFRICA, & EUROPA an non justis, ac victricibus tuis Armis, Daciam, Pannoniam, Terrarumque Orbem ipsum ceffurum augurantur? REX PARTHIS, REX ARMENIS, REX QUADIS DATUS, quid aliud, quam Reges subjiciunt à tuo nutu pendentes, & REGNA tuis virtutibus Divinitus plura ADSIGNATA? Adde RESTITUTIONES ASIÆ, DALMATIÆ, ITALIÆ, DACIÆ, MACEDONIÆ, & SARMATIÆ, quæ te HUMANI GENERIS, SÆCULI, REIPUBLICÆ, totiulque ORBIS RESTITUTOREM pollicentur. PROVIDENTIA denique, CLEMENTIA, JUSTITIA, TRANQUILLITAS, CONCORDIA, PAX, SALUS, GLORIA PERPETUA, nonne SALUTEM PUBLICAM, SECURITATEM IMPERII, GAUDIUM REIPUBLICÆ, GLORIAMque NOVI SÆCULI SAPIENTIA PRINCIPIS PROVIDENTISSÍMI LEO-POLDI TER MAXIMI PACE UBIQUE PARTA certifimo VIR-TUTIS • t. · · · · · · 

Digitized by Google

TUTIS AUGUSTÆ augurio defignant? Age igitur Invictisfime CÆSAR, VOTA ORBIS imple, tot, țantisque Augustis Auguriis fultus EXERCI-TUS GERMANICOS, DACICOS, AUGUSTOS, VIRTUTE, FIDE, & CONCORDIA MILITUM semper Victores AUGUSTÁ EXPEDITIONE, BONI EVENTUS securus, in hostes dirige, FOR-TUNA, & VIRTUTE AUGUSTI videbis ubique Barbaros stratos, Rebelles sub jugum missos, Provincias receptas, ipsique tuis XXV. VICTO-RIAS LÆTAS, PROVIDENTIA, & FELICITATE AUGUSTA, VIRTUTEQUE EXERCITUS partas cum SECURITATE, & GLO. RIA REIPUBLICÆ TRIUMPHO AUGUSTO produces. Faxit Deus ut SIC XXX. SIC XXXX. SIC SÆCULARIA SACRA Imperii tui celebrentur, Beata enim TRANQUILLITATE, VIRTUTE, & PIE TATE INVICTI AUG. restituta, LÆTITIA FUNDATA Terrarum universus Orbis fruetur. PROPAGINEM interim IMPERII, BONO-QUE REIPUBLICÆ NATUM JOSEPHUM ARCHIDUĆEM IN-VICTI PII FILIUM spem Reipublicz, CÆSAREMQUE DESTINA-TUM, ut PLURES videat NATALÉS FELICES, SOSPITATOR, CONSERVATOR, SALUTIS DEFENSOR, AUGUSTORUM QUE TUTATOR, DEUS ROMANORUM ADJUTOR, fospitetur, meatur, ÆTERNA FELICITATE, PERENNITATEQUE AUG. donet, ut supplex humilissimis, ferventissimisque votis ad sacros M. T. C. pedes projectus, in subjectionis, observantiz, grati animi, devotionisque Tesse. ram precatur.

### DEV. N. MSQ. EJUS

Mediolani Kalendis Januarii Anni 1683.

### Franciscus Mediobarbus Biragus

## COMITIS FRANCISCI MEDIOBARBI PREFATIO.

## LECTORI BENEVOLO AUCTOR SALUTEMA



Olent qui libros in publicum emittunt, prefando confummati operis occasionem., argumentum, utilitatemque defignare. Horum calcare semitas animus est amice, ac erudite Lettor, ut & operis rationem, & boc non tantum Antiquorum. Numisinatum studio accomodatum, verùm Universali Historie sacem preserens, cuntifq; studiorum generibus noscas deservire : Et niss Eruditissemus Eques Carolus Patimus & in Prestatione ad Familias Romanas Fulvii Ursini à sca auttas, & in Historia Numisinatum Gallice scripta, & post eum seculi decus Clarissimus Bucchiel Spanhemius, edito insigni, numquamque satis laudato opere, prestantiam, & usum Numisinatum antiquorum jam satis abunde, erudite, & dottorum omnium plausu in literas missifent, primo loco de bis mibi disferendum esses fet, sed cum jam Spartham banc, ut dixi, feliciter impleverint bina bæc Sæculi

tunina, ad operis mis transeo occasionem, quam prabuit Adolphi Occonss Liber, qui ut uberior cateris de\_ ve Nummaria in Incem emiffis, infignique eruditione refertus, maximèque Numifmatum studium juvans, ita jam cum Soculo feneficebat. Edita post eum à Gorleo, Hulsio, Tristano, Angellono, Patino, Vaillantio, Siguino, Sponnio, Afcanio, Hemellario, Oyfelio, Bellorio, Paruta, Augustino, Spanhemioque, ac cateris bujus Sæculi rei Nummaria Scriptoribus, tot, tantaque ejusdem supplementum suadebant; Sed quis tanto aneri par ? ubi laboris patientia requirenda? plura emendanda, plura illustranda, plura adornanda antequam opus attingeretur : Supplementum Numismatum, opus, & labore, & patientia maxima constans, Fistorum. descriptio, & ad Nummorum fidem accomodatio, opus ut novitate forte placiturum, sic forte audaciæ nomen\_ meriturum. Fluctuans in ancipiti, Fastorum Imperialium ordini manum apposueram, cum Roma degens Aprili 1679. D. D. Abbatis Raphaelis Fabretti, ao Francisci Camelli insignium eruditione, totoq; Orbe. notorum Virorum confilium exquisioi, qui ca qua folent bumanitate opus aggredi viriliter Gloria argumentis fuasere, difficultatem fassi, cam studio, & tempore vinci posse affirmarunt : serio bic meditari opus incapi, poucose; post dies reversus in Patriam Fastis Imperialibus consumatis, incunte Ostobri ejusdem Anni manum operi admoveo, Ooconis Numismatikus singulis exseriptis, iisdem sedes secundum Obronologia regulas assigno, ea cum Musei noftri Numifinatious primo loco confero, addenda addo, subinde tam ex Auctoribus Occonem. Jubsecutis, quam ex Amicorum scriptis, as scriniis augmentum operi quæro, excrescit boc, & in immanem consurgit molem, bine bipartiendum necessarie existimo, & ut Libri deformitas tolleretur, & ob Argumenti Latinorum, à Grecis diversitatem; Latina enim Numifinata, vel circa Obronologiam, Fastosque, vel circa gesta Imperatorum verfansur, Graca verd, & Coloniarum, solam respiciunt antiquam Geographiam. paucaque Graca Annos Imperii designant, non charactere bistorico, sed nuda literali nota, unde argumenti diversitas, operis etiam monebat partitionem. Accedebant Clarissimi, & in re antiquaria prastantissimi Johannis Vaillantii promissa, quibus totus cruditus Orbis sidens, brevi Coloniarum, & Græca Numismata. ejusdem laboribus sperat illustrata videre; nec D. Equitis Patini probati Libores, & ditissima Inscriptionum. Græcorum Nummorum penus, quam publici juris facere parat, aliud suadebant, quam operis divisionem., post enim emissa vel Vaillantii, vel Patini opera frustra laborassem, horum enim messorum manus nullæ effugissent spice ; Hinc decrevi opus bipartire, primo volumine Latinis, altero Coloniarum, & Græcis Nummis assignato; Sed cum Serenissents, Clementissens primo volumine Latinis, altero Coloniarum, & Græcis feliciter Imperans Coloniarum Nummos nuper ex Hispania receptos describi à Reverendissimo P. Noris, mibique cum aliis transmitti benigniter indusseri , Talentum à tanto Principe acceptum in Terram sodere, polui, sed publici juris facere statim decrevi, bince; Coloniarum Nummos Latinis subtexui, tantòque libentiùs boc perezi quod me sodumen comun accessime decome entur du Lestor ordinem. boc peregi, quod nec volumen corum accessione deformarctur, & Lector ordinem, quem in Græcis digerendis fecuturus fum ex ordine Coloniarum poteris agnoscere. Ne verò corum vultus desiderares, quorum gesta ex Nummis noscebas, curavi à perito Artifice Simone Durello singulorum Impp. Augustorum, & Tyrannorum. ora ex Nummis petita in as incidi, diligentia, ut videre eft, satis exquisita, quo & opus exornatum est, & curiofitati plerorumque facium fatis; & quia cunctorum Augustorum memoria Latinis Nummis confignata. non fuit, nè opus ex parte mutilum videretur, necessario Græcis Nummis Latinorum desetium supplere statui, sicque ubi Latinos non inveni, Nummos Græcos reposui, ut interim dum Græcorum volumen ad justam consummationem perveniet (quod biennio Deo dante suturum spero) bis fruare amice, ac erudite Liftor .

Quo verò ad Chronologiam, & Faftos attinet, scio plurium censuram effugere non posse, cùm pluries à receptis Panvinii Fastorum Patris, Golzii, Eminentissimique Cardinalis Baronii, cæterorumque recesser placitis, sed rogo, atque obsero à censura tantisser supersedeant, opere enim peculiari, quod brevi emissuram spondeo, Antiquos omnes Fastos Nummorum, & Inscriptionum fultus testimonio, auxilioque Eruditiss P. Noris restituere tentabo; interim sciant me Fastos ad sidem Nummorum accomodare, non Nummos ad sidem Fastorum debuiss. Stellulis additamenta adnotavimus, ut faciliùs, quid in bac editione astum sit appareret, Austorumque nomina apposuimus, ut & sides distis conciliaretur, & si quid ab bis peccatum in descriptione Nummorum, mibi non imputaretur. Singulis Annis charaster Historicum ex probatissi Austoribus addidimus, & ut faciliùs Historicorum placita Nummorum testimonio firmari posset, & ut sic enucleata Historia Lestorum, mimos facilitate ad se pertraheret. Et quia sudante prælo plura ab Amicis accepi, quæ suo loco reponere jam umpos

Digitized by Google

impossibile erat, Addendorum Catalogum statim sub finem operis subtexat, ne pretiosorum aliquot Cimeliorum memoria excideret. Indicibus quinque labore Herculeo compactis opus ornavi, ut facilitate manuducent cresceret Antiquitatis studium. Indicem Impp. no:ning. Alphabetico ordine referentem operi praposui. (\*) Postposui verò primo loco Indicem Partium adversarum, in quo digerendo, ut nulla necessaria omisi , sic Adversarum partium Inferiptiones, quibus soli Magistratus describuntur, puta IMP. VI. COS. III. &c. P. M. TR. P. COS. &c. præterii, eæ enim ex Inforsptionibus Magistratuum Augustorum, singulis annis præpositis, petendæ sunt, cum ex bis panent que anno quis TR. P. incæperit, continuaverit, vel consummaverit, ut & sic de cateris Magistratious. Hunc jubsequitur Index, qui secundum ordinem Alphabeticum Familiarum, Illustrium Virorum nomina in Nummorum adversis partibus occurrentia digeruntur, cui succedit Coloniarum, & Municipiorum toto opere descriptorum Index, extremumque locum claudit Index tum Auctorum, quàm. Museorum Eruditorum, Illustriumque item Amicorum, quibus juvantibus operi supplementum paratum est. Venio nunc ad scopulum, in quem omnis impingit librorum navis, errores dico, quorum numerus certè non-exiguus, sed si spettes & molem operis, & Argumentum paucis cognitum Mediolani, ubi impressio processi, ex quo mibi necessario corrigende onus incubuit, satebbris venia aliqua dignum bominem, qui & privatis negotiis alligatus, & operi digerendo, & pluribus rebus necessario intentus, Typographica errata omnia non\_ animadvertit, que damque firipfit, que correctionem merentur, binc amequan opus inviseas erratorum\_ tabulam ex recensione Eruditisfimi, Reverendissimique P. Noris adeas queso, ut éa manuducente ad illud securus accedas.

Et quia contra utilitatem operis soio quosdam sic declamare : quorsum bæc? volumine tam ample quid proter Numismatum descriptiones continentur? cui bæc scripta? Antiquariis, quive Numismatum delestatione tenentur ? hi vel pauci, vel jam satis edociti suo labore carere poterant, quid cum hoc Politici, quid Jussi dicentes, quid cateri denique studiosi? Inanis labor, incassur casses ideo eorumdem objecta diluturus sic respondeo. Opus meum, argumento, dispositione, fine, cunctis studiosis, non physice necessarium, sed moraliter utile futurum. Antiquarii, quive Numismatum delectatione tenentur plura ex eo excipient, dispositionem\_, seu seriem Nummorum facilitate quam maxima, duce opere meo peragent, ex eo enim, quo Anno ferè singula Numismata cusa sint intelligent, ad quas Victorias, cæteraque gesta sint referenda, tam in characteribus Historicis singulorum annorum, quam in notis ad pleraque Numismata ex Historicis petitis, invenient. Chronologi exactam Annorum Immortalis Urbis, & Dionysiana Epocha comparationem, Imperatorum Epochas, Confulum nomina (inter que plura restituta) Magistratus Augustos suo loco repositos offendent. Politici ex notione ante actorum ab Augustis (que omnia Nummis confignata invenient) monita agendorum. ab exemplis accipient, quibus loco, & tempore oum fructu utantur. Jusdicentes ipsimet quid non invenient? primo Augustorum, qui legibus subscripsere vultus noscent, Annum subscriptionis ex Consulum nominibus colligent, ordinem, seriemque ipsorum accipient, quod maxime necessarium monuit eruditissimus J.C. Diouysius Gothofredus, qui dum leges Cod. Theodofiani illustravit ante omnia Chronologicam dispositionem ut apprime necessariam suo operi prætexuit. Historicis, tam Sacris, quam Profanis, Pictoribus, Poëtis, Philologisque, cæteris quid non conferet hoc opus ? Notitiam Historia adamussim enucleate, temporum seriem exacted expansam, Gesta Augustorum bona fide, certisque testibus enarrate, eorundem ora ex nummis Synchronis testibus genuine relata, omnisque denique Antiquitatis, Deorum, Deurynque, Magistratuum tam Cavilium, & Religiosorum, quam Militarium, Dignizatum, Instrumentorum, Armorum notitiam, Deerum, Heroum, & Virtutum Iconologiam, Vestiumque forment, & cotera descripta invenient. Sexus denique ut pulcbritudine excellens, sic fragilitatis alexipharmacis maxime indigens, ibidem Pudicitiam, Concordiam, Forunditatem, caterasque fæmineas dates Augustabus in Nummis oblatas offendent, quibus innatus virtutis amor augeatur, exemplisque virtus firmetur. Adversariorum objectis sublatis, duo sunt qua à te petam candide, & crudite Lector, primum ut erratis ignoscas, meque melloribus erudias, alterum ut studia nostra juves, tau in. concinnando Volumine Gracorum, quàm in augendo boc Latinerum, & Coloniarum, ad me transmittens quotquot nancisci poteris descriptiones Nummorum tam Gracorum, quàm Latinorum, & Coloniarum. presenti volumine non descripturum, spondeo enim cum Græcorum volumine, Aucharis nomine publici juris falburum quidquid, vel ex Latinis, vel ex Coloniarum Nummis operi meo tua benignitate accedet. Interim vale, & fave. •••••• 1 A Sec. 1

1. . .

the Marting and Res

•

(\*) In hac editione invenies in calce.

52 • : 

and the set of the set

 A set of the set of . The sublet of

.

Digitized by Google

M Andatum Reverendifimi Patris F. Sylvestri Martini Generalis contra Hæreticam pravitatem Inquisitoris in Mediolanensi Provincia, quo mihi injunctum fuit, ut evolverem librum inscriptum = Numismata Imperatorum &c. = Comitis Francisci Mediobarbi, summa cum veneratione atque animi jucunditate susceptione in votis Fruditorum fuisse, ut insigne hoc Opus iterum typis committeretur, cum excepta maximo Literariæ Reipublicæ plausu ejussem exemplaria citisse descerint, & jam raritate su novæ editiones desiderium accenderint. Hinc alacri studio manum apponens, ut demandatam mihi provinciam implerem, reperi paratum prælo præsens volumen non tam carere quovis offendiculo contra Catholicam Fidem, bonosve mores, sed insuper novis Additamentis ac Commentariis adeò illussratum, ut optimi Auctoris gloria multum debere videatur laboribus Editoris, cum auctior splendidiorque typis nostris prodeat in lucem. Quocirca nihil remorari posse censeo, quin eidem edendo benigna facultas concedatur; me tamen &c.

Datum ex Ædibus Bibliothecæ Ambrofianæ V. Kalend. Julii MDCCXXX.

Joseph Antonius Saxius SS. Ambrosii & Caroli Oblatus, S.T.D. Collegio & Bibliothecæ Ambrosianæ Præsectus.

Die 30. Octobris 1730.

Suprascriptis attentis.

#### IMPRIMATUR:

F. Sylvester Martini Ord. Præd. Inquisit. Generalis Mediolani &c.

F. M. Ripalta Par. S. Petri intus Vineam pro Eminentis. & Reverendis. D. Cardinali Archiepiscopo Odescalcho.

f

Gallarinus pro Excellentis. Senatu.

Digitized by Google

2 

•

•

• ··· · · · · · ·

,

机防闭 法法律财产性 计算法

192 Inder a factor de clarge French a construction de la construction de la construction de la construction de

shantative: All 2000 and 1997 sequences of providences and a second state of the second second second second s Second second

 $M^{(m+1)} = \frac{1}{1} \left[ \frac{1}{1} + \frac{1}{2} + \frac$ 

.

.

· · · · · ·

.

Digitized by Google

# IMPERATORUM ROMANORUM NUMISMATA A POMPEJO MAGNO AD HERACLIUM.



OMPEJUS Rome, Patre Strabone nascitur, cum juvenili floreret ztate, extemplo mores, & verendi, & regii eluxere. Anno ætatis XXIII., necdum in Senatum admiss, Imp. appellatus eft. Cinna etenim à militibus cæfo, in Picenum se contulit, tribusque legionibus conscriptis, & tri-bus Marianis Ducibus sugatis, L. Sullæ se se conjunxit, à quo Imperatoris Nomine salutatus est. Infequente anno à Sulla primum in Siciliam, adversus Perpennam, & Carbonem, mox in Afri-cam, adversus Domitium mittitur, profligatis hoftibus, & occifis, inter Reges judicat, tanquam arbiter. Post reditum ex Africa Magnus à Sulla appellatus est, inde Proconsul in Iberiam adversus Sertorium mitti-tur. Is tribus sulfit Triumphis, Belli Africani contra Hiarbam, Hispanici contra Sertorium, Pont ci contra Mithridatem. Anno ztatis XXIV. Magni nomen à Sulla adeptus est, eoque vel invito, vel renitente de Africa triumphavit, quamvis, nec Consul, nec Przetor, nec Senator esset estatem. Plutarchus tamen te-statur eum, per ztatem, in Senatum legi potuisse; sed honorisicentius fibi futurum duxisse, fi primus ex Equitibus Romanis triumphasset. De eo vide plura apud Plutarchum in Pompejo, & Plin. lib. 7. cap. 26.

CN. POMPEJUS MAGNUS CN. F. S. N. Primus Eques Romanus de Africa triumphavit.

COSS, M. Tullius Decula. Ca. Cornelius Dolabella.

CN. MAGN. IMP. Quadrige Triumphales. Ät. ROMA. Caput Rome Galeatum.

I

X ROMA. Caput Romz, ut superius.

#### POMPEJUS MAGNUS PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. ex S. C.

COSS. C. Calparnius Pifo. M. Acilius Glabrio.

Ante Chri-Infestantibus Piratis P. R. Provincias, & Maria, Gabinius Pompejo amicus Auctor suit S. C., quo sub stum 66. titulo, PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. cum ProConfulari Imperio Bellum Piraticum Pompejo commissium est, ejusdem Imperio in P.R. Classes, Maria omnia, itemque litora quingentorum stadiorum spatio prorogato.

Aur,

M. PIUS IMP. ITER. Caput Pompeji, cum Lituo, & Simpulo. PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Vir nudus, dextro pede roftro Navis infidens, dextera aplustre tenens, utrinque Amphinomus cum fratre parentem utrumque, ex Ætnæ Incendio illasium efferences.

Pietatis typus est, & alludit Nummus hic ad nomen Magni Pii. Valcr. Max. lib. 5. C.p. 4. Notiora sunt fratrum paria, Cleobis, & Biton, Amphinomus, & Anapus, illi, quo ad Sacra Junonis peragenda, Matrem vexerunt, hi quod Patrem, & Matrem, humeris per medios ignes

A.U.C. 673. Ante Chriftum 80.

1

٠ \* MAGN. PIUS IMP. ITER, Caput Pompeji. \* PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Cneji, & Sexti Pompejorum Capita adversa cum Lituo, & Simpulo. Gorkus f. 65. Lituus auguratus proprium signum, crat Baculus sine nodo à summo inflexus, hunc in parte, qua robustior est, Augur manutenebat, coque Cali regiones, describebat, designabatque metas, intra quas se observaturum signa constituerat'. Simpulum, vas parvum, non dissimile Cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur. MAGNUS IMP. ITER. Caput Neptuni, cum Tridente. PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Trophæum navale. Neptunus Saturni, Opisque filius, cui maritimum cessit Imperium in divisione cum Jove, ac Plu-**A** 





sone fratribus facta. Tridente pro Sceptro utitur, uv potoflatem, quam hober tollendi, placandi, fervandique æquoris, oftendat. Natal. Com. Mythol. Ub. 2.

MAGNUS PIUS UMP. ITER. Columna cum Neptuno, finistro pede rostrum Mavis micante, intim. quem Triremis, Fuscina, fignum legionarium.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Scyllæ Typus, ambabus manibus Tomonem navis elevantis. Scyllam egregie descubit Virgilius sic:

Candidg Juccinstam, Istrantibus inguing monstris,

Prima hominis facies, & pulcro pettore Virgo

Pube tenus, postrema impani carpore Pefeis

Delphinum caudas, utero commissa luporum.

M. PIUS IMP. ITER. Caput Pompeji cum Lituo, & Simpulo. PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Vir audus, dextro pede roftrum Navis calçans, dextra aplustre tenens, utrinque Amphinomus, cum fratne, parepaes qu Ærne incendio ifferos efferentes.

\* IMP. ITER. Caput Neptuni cum Tridente.

IMP. TER. Trophæum Navale. M. N.

\* NEPTUNI. Caput Pompeji M. cum Tridente, & Delphino.

Q. NASIDIUS. [Navis Prætoria. Quatuor Triremes, aliæ contra alias invicem dispositæ. Patin. famil. Nasidii n.2, Nasidii bujus meminit Cicero Philip. 7. & Cæsar 2. de bello civili scribit. L. Nasidius cum classe fexdecim Navium à Cn. Pompejo, L. Domitio, Massiliensibusque subsidio missus est. Errore librariorum prænomen Nasidii, ex Q. in L. mutatum, restituunt Nummi bi, quibus sub Neptuni specie, caput Magni Pompeji signatum eruditissimis probavit argumentis Illustrissimus olim, eruditisfimusque Petrus Seguinus in Epistolis, ubi Nummum hunc explicat, profunda ut solet eruditione.

\* MAGNUS PIUS IMP. ITER. Caput Neptuni, cum Tridente.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Scyllæ Typus, ut superior. M. N.

Ær. MAG. Caput Jani spicatum.

PIUS IMP. Prora Navis.

Janus, sive Genius, sive Rex fuerit, dicitur ferum, & silvestrem cultum in urbanum, civilemque mutasse, Biceps pingitur, quia, & præterita scivit, & futura prævidit.

MAGNUS PIUS IMP. Duo capita spicata, vel Jani caput. and the second for the second pro-EPPIUS dimidiata Navis. M. N.

M. Eppius equestris ordinis homo, vigilans, & industrius à Cicerone vocatur Epist. 17. MARcum, Scipionis in Africa legatum fuisse Nummus alius oftendit. Hic verò ante Rompeji legatum, vel in Navali aliqua expeditione Pompejanarum partium Ducem nos docet.

MAGNUS IMP. ITER. Caput Pompeji spicatum, cum Gutto, & Acrotirio.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Victoria infiftens Navi cum montro illo, quale in argenteis.

Guttus idem, ac Simpulum, Acrosiria, sive Platei navales ad ornatum prore, puppisque prominentia. Ex Rosino lib. 10. antiq. Rom. an an an the second second

POMPEJUS M. PROCOS. Hifpaniam obtiget.

A.U.C. 699. Ante Christum 54.

Ar.

COSS. Pompejus Mag. II. (1) M. Licinius Craffus. C.N. FOMPERIA

104 . . . . . . .

e ana centra da da da da

Digitized by GOOGLE

Aur. MAGN. PROCOS. Prora Navis.

CN. PISO PROQ. Caput Numæ Vittatum, & in Vitta NUMA.

- \* CN. MAGNUS IMP. Figura infiftens dextro crure prorz navis, cui Hispania stolata, destra pale mam porrigit, finiltra duo spicula tenet, ad pedes duo scuta

M. POBLICI PROPR. Palladis Imago. Gorleus f. 65. M. Poblicius leg. ProPrætore in Hispania sub Pompejo suit; de boc scribit Florus lib. 3., & Appianus in Mithridaticis, ubi Plocius, errore librariorum forphitur, non Poblicius. Circa verd Flori, & Appiani Textus eruditifime, ut femper Fulvius Ursinus in notis ad hunc denarium. familiæ Pobliciæ.

MAGN. PROCOS. Prora Navis.

CN. PISO PROQ. Caput Numæ Vittatum & in Vitta NUMA

MAGN. PROCOS. Delphin, hasta pura, Aquila. A - 1 - ED AE. 19 ...

VARRO PROQ. Jovis terminalis caput, aut Hermæ effigies.

M. Terentius Varra, Pompeji in Hispania legatus, classibus ejusdem præsuit navali ab eo Corona. donatus. Plinius lib. 7. cap. 30. & lib. 16. cap. 4.

Hermæ autem effigies, in altera ejus Nummi parte, obscurum est, quo pertineat, nife forte ad M. Varronis imaginem, qua uni viventi, in Bibliotheca Politonis posta fuit; Teste Plinio, virorum enim illustrium imagines Hermæ figura, instriptione adjecta solebant indicari.

Ad Pompeji porro Imperium in Hispania indicandum, sceptrum, & Aquila impressa est, ut Delphin ad maris Imperium, ex S. C. Bello Piratico eidem concessium.

CN. MAGNUS IMP. Caput Pompeji.

- M. MINAT. SABIN, PROQ. Pompejus jungens dextram cum muliebri figura, ad cujus pedes scutum, inter Pompejum, & figuram plura scuta, à tergo Pompeji dimidiata Navis. Minatium hunc Pompeji in Hispania ProQuestorem, Nummus bis folus indicat, filentitus ubique bistoricis, nam, & ProQ. inscribitur, & Hispania Typus, in Nummo confriction, eumque idee cum eruditissimo Ursino Pompeji in Hispania ProQuest. judico . \* CN. M. IMP. Caput Pompeji.
  - \* M. MINAT. SABIN. PROQ. Figura laureata militari habitu jungit dextras cum alia figuranon laureata, primam figuram victoria dextra coronat, finistra Trophæum armorum serens. Patin, Fam. Minat. n. 2. As some in the
- \* CN. M. IMP. Caput Pompeji
  - \* M. MINAT. SABIN. PROQ. Figura genuflexa globum offert aliz figure, Imperatorio habitu,

(1) M. Licinius Craflus II. Panvin, & Goltz.



# POMPEJUS MAGNUS.

quæ globum monstrat figuræ radiatæ, & muliebri habitu dextram pri admoventi. Parin. Hid.n.3. CN. MAGNUS. IMP. Figura infistens proræ Navis, cui alia palmam porrigit, ut in aureo.

M. POBLI. LEG. PROPR. Caput Galeatum, vel Palladis, vel Romæ.

Bellum Civile cum Cafare.

A. U. C. 706. Infequente ex A. D. 13. Kal. Sextilis Pompejus à Cæfare ad Pharfalum victus ad Ptolemæum *Ægypti Begen profugiens*, ejus dolo, baud ita multo port, nimirum pridie Kal. Octobris, in confpectu uxoris Corneliæ, ad Montem Caffium interfectus, & exiguæ telluris inops tumulatus, ea ipfa die, qua quondam de Mithridate, & Piratis triumphum duxerat, die natalis sui, in cujus triumphi pompa translata suit ipfius Pompei Imago, è margaritis, non tam luxuriæ argumento, quàm non obscuro omine, jam caput illud Orientis opibus, se reliquo corpore ostentaturum: *Phin. lib.* 37. cap. 2., cujus res gestæ, atque virtutes, iifdem, quibus Solis cursus, regionibus, ac terminis continentar; *Cic. in Catil. conjur. investiva* 4. circa finem.

Res à Pompejo gifta, Plin. lib. 7. sic describuntur. CN. Pompejus Magnus Imp. bello XXX. annorum confecto, fusis, sugatis, occisis, in deditionem acceptis, hominum vicies semel centenis LXXXIII.M. depressis, aut captis navibus DCCCLXVI. oppidis, castellis, MDXXXVIII. in fidem receptis servis à Meoti lacu, ad rubtum mare subactis, votum merito Minervæ.

Cùm oram maritimam à prædonibus liberasset, & Imperium maris populo Romano restituisset, ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythia, Judæis, Albanis, Iberis, Insula Creta, Bastarnis, & super hæc de Regibus Muthridate, & Tigrane triumphavit. Tandem intersectus C. Julio Cæss. ii. & P. Serv. Vacia Islaurico Coss. U. C. 706.

Pompejos Juvenes Asia, atque Europa, sed ipsum Terra tenet Libyes, si tamen ulla tenet.

# POMPEI UXORES.

JULIA.

Triennio post Triumphum suum, nimirum U.C. 695. Pompejus Juliam Cæsaris filiam uxorem ducit, hanc ex sola Cornelia filiam Julius sustuierat, quam Servilio Cæpioni desponsam, Cn. Pomp. Magno collocavit : erat & forma, & castitate præcellens, singulari erga maritum amore flagrans, quamobrem à Pompejo vicissim impensitis colebatur; accidit autem, ut Pompejus, comitalibus ludis sauciorum sanguine respersus, vestem domum mutandam mitteret; qua conspecta, adeò consternata est Julia, tum temporis uterum ferens, ut abortum secerit : Interjecto tempore, cum iterum gravida foret, in puerperio decessit . Pompejo, conjugi tumulum in Albano destinante, Populus in campum Martium sunus extulit, nec multò post filiola, quam enixa erat, matris farum secura est . Ita gemino communis concordiæ vinculo sublato, distensio primum, deinde civile bellum inter destinatos discriminis duces exortum est.

## CORNELIA.

Altera Pompei Uxor, quæ maritum, cum Sexto F. ad Pharfalum secuta, cum eo Ægyptum adnavigavit, ubi verò eum infidiis petitum, & occisum vidisset, suga se se arripuit, & postea temporis Romam, proposita impunitate, incolumis rediit. Dio.



2

### C. JULIUS C. F. C. N. CAESAR.

Nascitur Romæ C. Mario VI. & L. Valerio Flacco Coss. Patre C. Cæsare, Matre Aurelia, anno orbis 3866. U. C. 654. ante Christum natum 99. ejus integram Historiam vide apud Svetonium, & Hub. Golzium in Julio, & Dionem, qui 1. 44. inter cæteros honores ei decretos, & hunc fuisse ait, pecunia ejus imagine, ut fignaretur.

## C. JUL. C. F. C. N. CÆSAR PONTIFEX MAXIMUS.

# COSS. M. Tullius Cicero. C. Antonius Hybrida.

A.U.C. 691. Ante Chrifium 62.

 Ar. CÆSAR Elephas cum Dracone.
 Capeduncula, Aspergillum, Securis, Albogalerus, signa Pontificis Maximi, & Dialis Flaminis.
 Capeduncula vas erat ansatum, ut prehendi posset, idest capi, quo in sacrificiis antiqui utebantur, borum siguras ligneas, & sisteriles antiquas etiam nunc videmus. Aspergillum, quod, & aspersorium, & lustrica, instrumentum quo aquam hustralem aspergebant.

Securis, quæ, & Dolabra, instrumentum, quo in dolando utebantur. Albogalerus, qui & Apex proprius Flaminis Dialis pileus, qui ex bostia alba, Jovi immolata siebat, ejusdemque Flaminis insigne speciale.

IIT. Caput Veneris.

Æneas gestans Anchisem, & Palladium.

Nummus hic, cum aliis, in quibus Venus conspicitur, ad originem gentis Juliæ indicandam cusus est; à Julo enim Æneæ filio Julium genus, Julusque Veneris per Æneam Patrem Nepos.

Digitized by Google

\* CÆ-

C. JULIUS C.F. C.N.

\* CÆSAR IMP. CÆS. TRAJAN. AUG. GER. DAC. P. P. REST. Elephas cum Dracone. Capeduncula, Aspergillum, Secespita, Albogalerus. Patin. Sveton. f. 62.

Nummus hic docet nos Cæsares dictos, ab Elephante cæso, non ut putant alii à ventre matris caso; aut ab oculis Cassis, Elephas enim Pornorum lingua Cassar dicitur, eumque occidit C. Casar bujus P. M. Avus.

\* CÆSAR IMP. CÆS. TRAJAN. AUG. GER. DAC. P. P. REST. Æneas Anchilem, & Palladium ferens, Caput Veneris. Patin, ibidem.

L. BUCA Caput Veneris.

Anchisem circa Idæ montem, Venus congressiva accedit.

\* Caput Veneris, cum Globo, abíque inferiptione.

Anchisem, circa Idam Venus congreditur. Tristan. T. 1.

C. JULIUS C. F. C. N. CÆSAR P. M. COS. Helvetios, Ariovistum, Germanosque vincit.

COSS. L. Calpurnius Pifo. A. Gabinius.

A.U.C. 696. Ante Chri-

Aur. 🔆 IIT. Caput Veneris. stum 57.

\* CÆSAR Trophæum, hinc Parma, illinc Lituus militaris, ad latus Secessita M. N. Secespitam ( inquit Festus ) alii securim, alii Dolabram æneam, alii cultellum putant, bic secu ris eft .

IIT. Caput Veneris. Ar.

Barbarus hirto capillitio sedens ad Trophæum.

Caput Veneris.

CÆSAR Trophæum cum duobus captivis.

In hoc Trophæo, quæ sub scutis sunt instrumenta, sunt litui militares.

Caput Veneris cum lituo, & sceptro.

CAESAR Trophæum, ut superius.

IIT. Caput Veneris, cum Simpulo.

CAESAR Trophæum, cum Corona Civica, & Parma.

C. CAESAR Caput Julii.

A. D. M. N. Aquila unguibus fulmen premens.

\* CAESAR Caput Veneris.

CAESAR IMP. Trophæum armorum, cum scutis, & lituis militaribus. Patin. Fam. Jul. n. 24. IMPER. Guttus, & Lituus in Laurea.

Caput Veneris cum Ciconia, seu Ibide.

\* CAESAR IMP. Caput Jul. Czef.

L. AEMILIUS BUCA. Dextræ junctæ. Musei Magni Venet.

Æ. Caput Veneris.

GERMAN. INDUTI IIII. CFluvius ad Proram Navis, prope Montes. Taurus.

C. JULIUS CAESAR. P. M. COS. Dictator Comit. hab. caufa.

A.U.C. 705.

COSS. C. Claudius Marcellus. L. Cornel. Lentulus Crus.

Ante Chri-

Ar.

Aur. C. CAESAR DICTATOR Caput Jul. Cæf. cum lituo. stum 45.

L. LIVINEJUS REGULUS. Bos Cornupeta.

CAESAR DICTATOR. Caput Jul. oum laurea.

M. ANT. IMP. R. P. C. Caput M. Antonii cum lituo.

C. CAESAR DICTATOR Caput Jul. cum lituo.

L. LIVINEJUS REGULUS Bos Cornupeta.

\* CAESAR DIC. Caput Jul. cum Urceolo.

M. ANT. IMP. Caput M. Antonii cum lituo. Gorleus f. 40.

\* CAESAR DIC. Caput Jul. laureatum.

M. ANT: IMP. R. P. C. Caput M. Antonii cum lituo. Patin. Fam. Ant. n. 33. \* CAESAR. Caput laur.

M. ANTON. IMP. Caput M. Antonii cum lituo. Num. Arfcot. Tab. 3. n. 3. & 4. \* ..... Caput Jul. Cæf. ANT. IMP. Caput M. Antonii. P. Minii.

CAESAR DICT. Caput Jul. laur. ponè quod vas.

\* M. ANTON. IMP. R. P. C. Caput M. Antonii ponè quod lituus. Mufai Magni.

C. JULIUS CAES. P. M. COS. II. IMP. Pacem cum Pompejo facit, mox illum in campis Pharfalicis vincit.

A.U.C. 706 Ante Chri-C. CAESAR IMP. COS. ITER. Ar. *ftum* 47. A. ALLIENUS PROCOS. Figura nuda, dextra tenens Trinacrize, seu Sicilize Typum, tria cruraj dextro crure infiftens Proræ Navis. Allienus Procof. Siciliæ erat, cùm Cæfar in Africam trajecit. Cæfar. lib. 2. Belli Civilis. C. JUL. CAESAR P. M. COS. II. DIC. II. Ægyptum cepit, & Imp. II. dictus. A.U.C. 707. COSS. Q. Fuffius Calenus, P. Vatinius, Ante Chri-Aur. Caput Jul. cum lituo finè inscriptione. stum 46. AEGYPTO CAPTA Crecodilus. \* Ca-

## COSS. C. Julius Cef. II. Ser. Vatia Ifauricus .

Digitized by Google

# C. JULIUS C.F. C.N.

Arg. \* Caput Jul. cum lituo ad Cervicem, absque Inscriptione.

AEGYPTO CAPTA Crocodilus. Gorleus fol. 41.

\* Caput Veneris, cum Cupidinis alato capite.

CAESAR DIC. ITER. Trophæum armorum, ad cujus pedes captivus, & victoria Trophæo lauream imponens. Oifel. tab. 95. n. 7.

Pharnace Bosphori Rege, ad Zelam vieto C. Jul. Cas. Bellum Africum suscipit.

MP. ITER Caput Veneris.
 C. CAESAR C. F. Trophzum, hing aratrum, illing figura captiva, Golzius tab, 3, n, 7, 10.

Er. C. CAESAR C. F. Caput Veneris cum Globo.

IMP. ITER Caput Veneris.

\* CAESAR Caput Jul. Cef.

.... Dimidiata Navis cum sceptro M. N.

\* Caput Veneris.

IMP. CAESAR. Colonus agens Boyes. Plumbeus meus,

C. JULIUS CAES. P. M. COS. III. DIC. III, IMP. III. IV.

COSS. C. Julius Cef. III. M. Æmil, Lepidus,

A.U.C. 708. Ante Chris

Hoc anno Cafar, villis in Africa Scipione, Catone, & Juba, Romam reversus per triduum de Gal- sium 45. lis, Ægypto Pharnace, 🕁 Juha Regibus triumphat.

Forum, & Templum Veneris Genitricis dicat.

Annum ordinat, Julianumque appellat, & Pompeium Jun. ad Mundam vincit. C. CAESAR COS. TERT. Caput Jul. velatum, & laureatum.

A. HIRTIUS PR. Lituus, Urceolus, Securis.

\* C. CAESAR COS. TERT. Caput muliebre velatum.

A. HIRTIUS PR. Lituus, Urceolus, & Securis. N. Arfcotan. Tab. 4. n. 1. 2.

Sacrificantes omnibus Diis, foliti erant olim caput velare, ne inter Religionem aliquid corundem fe offerret obtusibus, quo impedirentur hoc agere, quod agebant.

Ex boc nummo A. Hirtii Proturam cognoscimus, quam boc anno gestisse certum est, inque Casaris bonorem, nummum cusisse. Hirtius bic A. U. C. 711. Cos. fuit, cum C. Vib. Panse, in Praise contra M. Antonium ad Mutinam occifus, corpus ejus Romam per latum, publica sepultura in campo Martio conditum fuit.

\* C. CAESAR DIC. TERT. Caput Victoriz.

L. PLANC. PRAEF. URB. Vasculum oblongum, & exile.

L. Munatius Plancus, bic unus fuit ex otto Profettis urbis, à C. Jul. Cof. Lepido Collego relittis, cum ad Bellum Hispaniense boc anno profettus est, ut ex Dione, & Mummo diximus; suit is postea Cof. Def. A. U. C. 711. & Cof. anno fequenti, cum M. Æmilio Lepido II. & Imp. dictus, Hunc Plancum fuisse VII. Vir Epulonem ex vasi in altera nummi parte signato, arguit eruditissimus Ursinus in Notis ad bunc danarium in gente Munatia, ad quem eruditum lestorem remitto.

C. JULIUS CAES. IMP. COS. III. Caput Cefaris.

IMP. CAES. TRAJAN. AUG. GER. DAC. P. P. REST. Mulier feminuda hastara stans cum Galea, & Clypeo.

DIC. ITER. COS. III. Caput Veneris. **A**.

AUGUR PONT. MAX. Capeduncula, Afpergillum, Guttus, Lituus.

C. CAESAR DIC. TERT.

L. REGULUS PRAEF. URB. Ex Torrentio in Svetonium, Occo.

L. Livinejum Regulum fuisse ex otho Prafethis, cum Lepido Consule in Urbe relictis à Jul. Cas. ad Bellum Hispaniense proficiscente, ex boc Nummo arguere licet.

CAESAR P. M. DICT. TER. Caput Julii velatum cum lituo.

M. LEPIDUS IMP. Caput Lepidi barbatum.

\* CAESAR DIC. TERT. PONT. MAX. Caput Jul. laur. cum lituo.

L. MUSSIDIUS LONGUS. Cornucopize, Globus, Temo, Albogalerus, Caduceum; Num. Arfoot. tab. 3. n. 24.

Cum Hercules cum Acheloo (qui Tauri formam sumpferat ) in Calydone colluctans eidem cornu fregisset, is pro codem redimendo, Amaltheæ, Harmodii filiæ cornu, Herculi largitus est, quod ille omnibus fructibus refertum Jovi confectavit. Cornu boc taurinum erat, ea præditum virtute, ut quidquid ab eo optaret illius Dominus, sive potus, sive civibus continuò nasceretur, unde postes ad indicandam verum omnium ubertatem, & abundantiam, cornu boc, cornucopia appellatione, ut boc in Nummo sculptum fuit.

Globus ad Orbis Imperium Cafari defignandum, in nummo fignatus.

Temo ad maritimum Imperium (peEtat.

Albogalerus ad P. M. indicandum, seu ad Flaminis Dialis dignitatem.

Caduceum peculiare Mercurii Sceptrum, cum Anguibus geminis, mare, & formina scilicet, mutuo connexu, circumvolutis, & concordibus, quorum Cauda demittebantur ad capulum Caducei. Ques Mercurius aliquando, per Arcadiam iret, duos reperit serpentes inter se pugnantes, quos, ut divideret, baculum quem gestabat, inter utrumque posuit, ita concordes illos reddidit, in cujus rei memoriam baculum eundem ferpentibus adornatum (qui postea Caduceum dictus est, & deinceps in pacis, & concordia symbolum assumptus) sibi peculiaris sceptri loco sumpsit.

\* C. CAES. DIC. TER. Imago Victoriz. L. PLANC. PRAEF. URB. Vasculum oblongum, & exile. Gorleus f. 39. \* C. CAESAR COS. TER. Caput Cz.f. velatum. A. HIRTIUS PR. (\*) Signa Pontificalia. Gorleus f. 39. Ex Nummo hoc, & aureo supra descripto conjicere licet A. Hirtium fuisse ex ollo Urbis Prafectis à Jul. Caf. boc anno adjutoribus Lepidi relictis de quibus supra. CAE-B

(\*) Male explicavi P. R. cum ad Prafectos retuli ; nam Hirtius hoc anno non Præfectus Urbis , sed Prætor suit . unde ad Praturam ejusdem referendus nummun.



CAESAR IMP. IIII.

DIC. III. L. AEMILIUS BUCA Figura mil. stans, ante fignum militare, & securim. VENERI VICTRICI VOTA. Templum fex Columnarum, in cujus medio Venus, dextera vi-

ctoriolam.

CAESAR IMP. QUART. Caput Jul. laur. cum lituo.

L. PLANCUS PRAEF. URB. Guttus.

\* Caput Veneris, cum Cupidinis alari effigie.

CAESAR DIC. TERT. Trophæum armorum, ad cujus pedes sedet captivus, & Victoria Trophæo lauream imponit. Num. Arscot. tab. 4. n. 5. 6.

Ær. CAESAR DICT. TERT. Victoriæ caput alatum.

C. CLOVI PRAEF. Figura galeata gradiens, dextra spolia, sinistra Clypeum cum serpente ad pedes. Nummus hic ad Africanam Victoriam spectat, cum in eo spolia Africana reperiantur, & ex co C. Clovium ex otto Præfectis Urbis supra descriptis fuisse arguere licet.

C. JULIUS CAESAR P. M. COS. IIII. DIC. IIII. IMP. V. VI. PATER PATRIÆ

COSS. C. Julius Caf. IIII. fine Collega.

A.U.C. 709. Ame Chris fum q4.

Primus annus Julianæ correctionis, quo Cæs. ex Hispania triumphavit. Aur. CAESAR IMP. QUART. Caput Jul. laur. cum lituo.

AUGUR. PONT. MAX. COS. QUART. DICT. QUART. In medio nummo.

\* CAESAR AUGUR. IMP. QUIN. COS. QUART. Caput Jul. velatum, & laureatum cum lituo. DIC. QUART. PARENS PATRIAE. Tripus capitibus Arietinis, in cujus fummitate laurea cum duobus lauri Ramis, hinc Secespita, & Capeduncula, illinc Præsericulum, sub Tripode duo Corvi. Strada f. 1.

C. CAESAR PARENS PATRIAE EX S.C. Templum.

L. BUCA CLEMENTIA Caput Dez Clementize.

Ar. CAESAR AUGUR. IMP. QUINT. COS. QUART. Caput Jul. velatum cum lituo.

DIC. QUART. PARENS PATRIAE. Tripus, cum corolla, capeduncula, securi, & lituo. CAESAR DIC. QUART. Caput Jul. laur. JOVI OPT. MAX. SACR. Taurus stans coram ara accensa cum Secessita.

\* M. METTIUS Bigæ, in quibus figura dextra hastam vibrans, finistra scutum. M. N.

CAESAR PARENS PATRIAE Caput Julii velatum, cum Lituo, & Albogalero.

C. COSSUTIUS MARIDIANUS A. A. A. F. F. In area Nummi.

Coffutius hic Maridianus ex IV. viris Auro, Argento, Ere flando feriundo à C. Jul. Cef. Prefe-Els unus fuit boc anno, ut ex Inscriptione discimus, cæterum monetæ signandæ Provincia, ante Julium Caf. III. viris monetalibus commissa erat, C. autem Jul. Caf., ut & cateros Magistratus, sic & hunc auxit, & ex III. ad IV. viros hanc moneta cudenda traduxit; Augustus verò ad antiquum Triumvirorum numerum reducit.

CAESAR IMP. SEX. Bigæ aurigante Victoria.

DIC. QUART. Caput Veneris, in alio ex S. C.

\* Caput Jul. laureatum cum lituo.

\* DIC. QUART. PARENS PATRIAE. Tripus, in quo laurea, & binz Palmz, hinc Securis inde Urceolus. Patin. Sveton. f. 59.

\* C. CAESAR PARENS PATRIAE EX S. C. Templum rotundum fex columnarum, cum Idolo medio. Ibidem.

#### C. JULIUS CAESAR P. M. COS. V. DICT. PERPETUO IMP. VI. P. P.

COSS. C. Julius Cafar V. M. Anton. M. F. M. N.

Hoc anno Idibus Martii in Senatu à Conjuratis occiditur C. Julius Cefar. Aur. \* CAESAR DIC. QUART. Caput Clementiæ.

COS. QUINT. In laurea. Patin. fam. Jul. n. 35.

CAESAR DICT. PERPETUO. Caput Cæf.

EX S. C. Imp. fedens, cui Victoria fertum imponit, dextra ramum lauri,

CAESAR COS. QUINT. DICT. PERPETUO. Caput Jul. laur. cum lituo.

A. M. METTIUS. Venus nuda, dextra Victoriolam, finistra hastam.

Caput laureatum Jul.

CAES. AUG. PONT. MAX. COS. V. DICT. PERP. Lituus, Patella, Capeduncula.

Patellæ diminutivum Patenæ, vasa picata parva sacrificiis faciendis apta, sic dicta, eo quod pateant

S. C. Caput Jul. laur.

f. 4.

Q. SEMPRONIUS GRACCUS Q. DES. Alius addidit S. C.

CAESAR AUGUR. IMP. SEXTUM COS. QUINT. Caput Julii.

PONT. MAX. DICT. PERPETUO. Duz Sellz Curules, cum duobus fascibus, & securibus. CAESAR DICT. PERPETUO. Caput Julii.

A.U.C. 710. Ante Chrifum 43.

L. BUCA Duz Dextrz junctz, Globus, Caduceus, & Securis.

Nexus manuum, amicitiæ, fæderisque signum.

CAESAR DICT. PERPEVUO Caput Cæs. in aliis velatum, in aliis laureatum.

P. SEPULIUS MACER. Figura stolata stans, sinistra hastile, & scutum tenens, dextra Victoriolam.

Caduceum, securis, fasces, nexus manuum, globus.

Figura stans, dextra victoriolam, finistra hastam puram. L. BUCA

Figura sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam puram per transversum.

Venus cum Cupidine, & lituo.

\* C. MARIDIANUS. Venus nuda, dextra victoriolam, finistra clypeum globo innixum. Gorleus

CAES.

Digitized by GOOS

# C. JULIUS C.F. C.N.

CAES. AUG. PONT. MAX. COS. V. DIC. PERP. Lituus, Patera, & Capeduncula in corona oleagina. Q. VOCONIUS VITULUS Q. DESIG. EX S. C. Vitulus.

\* CAESAR DIC. PERPETUO. Caput Cæf. laur.

K L. MUSSIDIUS LONGUS. Cornucopize, Globus, Caduceum, Albogalerus, Temo. M. N.

\* CAESAR DICT. PERPETUO. Caput Czef. velatum, hine lituus, illine Albogalerus.

\* L. MUSSIDIUS LONGUS. Temo, Globus, Cornucopize, Caduceum, Levin. Hulfius. Caput Czes. cum Capeduncula, & Lituo.

C. CAESAR COS. QUINT. IMP. SEX. DIC. PERP. Duz Sella curules coronata. Caput Jul. laur. in aliquibus cum S. C.

L. FLAMINIUS IIII. VIR. Figura mul. dextra Caduceum finistra Hastam puram.

TI. SEMPRONIUS GRACCUS Q. DESIG. S. C. Signum cohortis, Aquila legionaria, Aratrum, Decempeda.

TI. SEMP. GRAC. Q. DES. EX S. C. C. CAESAR IMP. Colonus agens boves.

TI. SEMP. GRAC. Q. DESIG. Colonus agens boves.

L. MUSSIDIUS LONGUS. Temo, Globus, Cornucopiz, Caduceum, Albogalerus.

\* L. BUCA Nexus manuum, Securis, Caduceum, Globus, Lituus. Num. Arfcot. tab. 3. n. 5. CAESAR DICT. PERPETUO Venus nuda stans, dextra galeam, finistra velum levans hinc à dextris columna, supra quam Aquila, à sinistris verò Aquila legionaria humi defixa. idem tab. 3. n. 10. P. CLODIUS M. F. Figura mil. dextra hastam, sinistra Scipionem, seu Caduceum. CLEMENTLE CÆSARIS. Templum.

P. SEPULIUS MACER. Duo equi decurrentes, cum sessor à tergo palmam gerente.

- \* CÆSAR DICT. PERP. Caput Jul. laur. oum lituo.
  - \* L. BUCA. Figura fedens, dextra victoriolam, finistra hastam per transversum. Patin. Fam. Jul. nu. 19
- \* CÆSAR AUGUR. IMP. SEX. COS. QUINT. Caput Jul. laur. cum lituo.

\* PONT. MAX. DIC. PERP. Tabernaculum Przetorium, in quo hinc hasta, illinc fasces, cum. securibus. Num. Arfcot. tab. 2. n. 11. 12.

\* Caput formineum, forte Concordize.

\* C. CÆSAR DICT. PERP. L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS. Septa Comitii, in quibus duz figure togate, fortes ex urnis deducentes. Idem tab. 4. n. 9. & 10.

\* C. CÆŠAR. Caput fæmineum, cum modio.

IMP. CÆSAR. In Peristilio Arcus, supra quem quatuor equi. Patin. Fam. Jul. n. 37.

- \* CÆSAR. Caput Jul. laur. cum lituo.
  - TI. SEMPRONIUS GRACCUS Q. DES. Signum militare, Aquila legionaria, Aratrum, Decempeda. Num. Arfcot. tab. 3. n. 5. 6.
- \* IMP. CAESAR. Caput Jul. laureatum, hinc litus, inde fimpulum, in aliis Sidus.
  - \* L. AEMILIUS Q. F. BUCA IIII. VIR. A. A. A. F. F. in medio Nummi per transversum. ibidem n. 13. 14.
    - M. METTIUS. Figura stans, juxta pedes globum habens, finistro cubitu nixa clypeo, dextravictoriolam, finistra hastam.
  - L. LIVINEJUS REGULUS III. VIR. A. A. A. F. F.

P. SEPULIUS MACER. Figura stolata stans, dextra victoriolam, finistra hastam. M. N.

- \* L. MUSSIDIUS LONGUS CLOACIN. Cancelli comitiati, in quibus duz figurz, fortes ex urnis educentes. Vaillant. t. 2. f. 3.
- \* IMP. CAESAR. Caput Czel. cum capeduncula, & lituo. \* L. AEMILIUS BUCA IIII. VIR. Nexus manuum. Patin. Fam. Jul. n. 11.
  - P. CLODIUS M. F. Figura mil. dextra hastam, sinistra Scipionem militarem.
  - IMPER. CAESAR. Caput Jul. cum capeduncula, lituoque, & in aliss Sidus.
    - P. SEPULIUS MACER. Figura stolata stans, dextra victoriolam, sinistra hastam, in aliss puram, in aliis militarem.
    - P. CLODIUS M. F. Figura mil. dextra haftam, finistra scuticam.

CAESAR. IMP. P. M. Caput Czef. laur. In aliis cum Capeduncula, in aliis cum Luna Falcata.

L. AEMILIUS Buca Venus nuda, dextra victoriolam, finistra hastam.

- Venus infidens prorz. L. BUCA
- Figura sedens, dextra victoriolam, finistra hastam. Num. Arscot. t. 2. n. 15. 16. CAESAR AUGUR. FONT. MAX. Caput Jul. laur. cum Albogalero.
- P. CLODIUS M. F. P. R. Capedo, Securis, Guttus, Lituus, Patera,
- Caput Jul. cum caduceo, & ramo olez.

\$.

- L. LIVINE US REGULUS. Taurus.
- Er. \* C. CAESAR DICT. PERPETUO. Caput Czef.
  - \* L. BUCA. Caduceum, Fasces, Securis, nexus manuum, Globus. Ex Musao Illustristini Casaris Leompardi Patricii Auxumiensis.

Numismata cusa post mortem C. Jul. Casaris, sive Cass. Apotheoses.

fur, DIVUS JULIUS. Caput Jul. laur. alii cum Comete.

- L. MUNATIUS PLANCUS PRAEF. URB.
  - Aliud cum Comete in adversa parte.

Occifo Cefare, per 7. continuos dies, fulsit Cometes, quem Cefari jam immortalitatem adepto facrum dixit Plebs Romana : ex quo Celar Octavianus confirmatus Statuam Patris aream, Caput in Templo Veneris posuit. \* IMP. CAES. TRAJAN. AUG. GER. DAC. P. P. REST. Victoria stans, finistra caduceum. tenens, ad cujus pedes serpens. Venus seminuda, sinistro cubitu columna nixa, dextra Galeam, sinistra hastam ad pedes scutum. Patin. Svet. f. 61. DIVI JULI alii DIVO JULIO. L. MUSSIDIUS L. F. LONGUS III. VIR. A. A. A. F. F. F. DIVUS JULIUS Caput Jul. laur., aliud cum Comete. L. MUNATIUS PLANCUS PRAEF. URB. Ar. S. P. Q. R. Elephas.

Digitized by Google

For-

Forte ad ludos, quos post devictam Africam, productis Elephantibus Cafar exhibit spectat his Num mus, & eorum memoria, post occifum Cafarem, Divumque factum hic repetita.

\* Stella crinita. Gorleus f. 41.

K DIVI FILIUS. Caput Aug. Num. Feschianus.

\* CAESAR AUGUSTUS. Caput Augustus. Gorlens f. 40.

\* C. CAESAR COS. PONT. AUG. Caput Augusti. Vaillant, t. 2. f. 2.

\* CAESAR DIC. PERP. Curulis fella ornata.

CAESAR III. VIR. R. P. C. Caput Augusti. Gorleus f. 40.

DIVI JULI alii DIVO JULIO. Caput Jul. laur. alii cum lituo.

L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS III. VIR. A. A. A. F. F.

Q. VOCONIUS VITULUS. Bos cornupeta.

Quadrigæ Elephantorum.

L. E. S. C. Quadrigis Elephantorum Imp. confectandorum Imagines cerés, in forum ad Firam ducebantur. Vide Herodian. in Severo.

DIVO JULIO. Caput Jul. laureatum cum Comete.

\* P. LENTULUS MARCELLIN. ÆD. CUR. Templum, in quo figura Jul. Czf. stans suprearam dextra lituum. In Templi Fornice fidus, ex Num. Arfcot. tab. 2. n. 23.

\* CAESAR DIVI F. PAT. PA. Caput Aug. Gorleus f. 41.

Venus stans, dextra Victoriolam, finistra hastam, cum scuto. Figura sedens, dextra cornucopiz, finistra Victoriolam. **P. SEPULIUS MACER.** 

DIVUS JULIUS DIVI F. Capita Jul. Cæl. & Aug. adversa. M. AGRIPPA L. F. COS. DESIG. In medio Nummo.

Caput Jul. laur. absque Inscriptione.

Q. VOCONIUS VITULUS Q. DESIGN. EX S. C. Bos cornupets.

Æ. DIVI JULI alii DIVO IULIO. Caput Jul. laur. cum lituo.

L. E. Quadrigz Elephantorum.

DIVUS JULIUS. Caput Julii.

DIVI F. Caput Aug

\* CÆSAR DIVI F. Caput Aug. M. N.

Quadriga Elephantorum, in qua figura finistra palmam tenens. Angellon. f. 7. n. q.

Figura sedens, dextra veluti tripus, læva cornucopiæ, ad talos Avis. Index Cavotorta. **★ S. C.** \* DIVUS JULIUS In laurea.

CÆSAR DIVI F. Caput Aug. Angellon. f. 24. n. 3.

\* DIVO JULIO. Caput Czef. laur. cum Stella

Mars nudus Arze instans, dextra Scutum, & Jaculum, sinistra lauream accipit à Victoriola, quam finistra tener, figura seminuda sedens, dextra cornucopiæ tenens. Tristan. tom. 1. n. 10. D. Julius CÆSAR. Caput Jul. Cæs. à Victoria coronatum.

M. ACILIUS GLABRIO PROP. Capita Aug. & Liviz fe respicientia. Pat. Fam. Acil. in\_ omiss n. 1.

\* D. JULIUS. Caput Jul. laur.

Dimidiata navis, finè epigraphe. Vail. tom. 1. f. 10. \* DIVI JULI CÆSAR DIVI F. IMP. Capita Julii, & Aug.

DIUVS JULIUS. In corona laurea, ex Indice Polatio.

Cùm hujusce voluminis editionem adomarem, ac ferè ad umbilicum, ut ajunt, perduxissem, propitio mihi Numine contigit, ut Sereniffimus COSMUS III. Magnus Dux Etruriæ ultra decem millia veterum numifmatum recens fibi ex Hispania advecta, Reverendissimo P. Henrico Noris suo quæque ordine locanda committeret. Quod cum ille opus gnaviter exequeretur, animadvertit nummos Coloniarum, ac Municipiorum Hispaniæ passim apud Occonem depravate describi, ac multos etiam omitti. Hinc Serenissimo Domino significavit novis hisce sue Celsitudinis nummis proximam Occoniani operis editionem plurimum & nitoris, & incrementi posse fuscipere. Tum Magnus Dux COSMUS ne preciosa illa Cimelia ad Aviti tantum Musei ornamentum. fed ad usum, atque elegantiam studiorum comparasse videretur, quæ mihi usui forent, pari alacritate, ac beneficentia exscribenda permisit.

Nummi Julii Cefaris in Coloniis cufi.

## BERYTUS.

Berytus Phœniciæ Urbs Ptolemeo, COLONIA FELIX JULIA à Julio Cæsare appellate, in ora etiamnum Libano fubjecta collocata. Plinius lib. 5. cap. 20.

Caput Jul. Cæs. haur., à tergo cornucopiæ. Æ.

\* COL. JUL. BER. Sacerdos agens Boves. Svet. f. 31.

Caput Jul. laur. à tergo cornucopiæ medium literis C. C.

\* COL. JUL. BER. EX S. C. Colonus agens Boves. Patin. Indice f. 2.

CASILINUM.

Casilinum, Campanorum in Italia Urbs, quam Vulturnus fluvius dividit, & quam Coloniam Romanorum à M. Antonio deductam fuisse scribit ex Cicerone Ortelius.

R DICT. PERP. Caput Veneris.

Q. SEMPRON. GRACCUS Q. DESIG. ITER. Aedificium spheericu, in quo COL. CASILIN. CORINTHUS.

Corinthus Achajæ Urbs, in medio Isthmi Peloponesiaci quam excisam refecit Jul. Cæs. Coloniamque deduxit, idcirco à COL. JULIA dicta, & LAUS JULIA dicta fuit Typus Corinthi Beloro-phon, unde nummi Corinthiaci, Julio Polluci, Pulle dicuntur hac ratione, quod Pegasum habeant infculptum.

Caput Jul. laureatum.

🔆 CÒRINT . . . , . . Caput Augusti . Schedæ Sponnianæ. \* LAUS JULI CORINT. Caput Czef. laureatum.

Bellerophon Pegaso infidens, Tristan. tom. 1. ☆ L. Ato . . . JULIO II. VIR. Bellerophon Pegaso insidens, Chimæram intersicit. Patin. Svetonio f. 31.

COR.



# C. JULIUS C.F. C.N.

COR. Caput formineum.

Ar.

COL. JULI CORIN. Figura infidens sella, ponè quam Bellerophontis als, finistra sceptrum, fub pede Anguis. Pat. Ind. f. 2. Q. CÆCIL. NIGER. C. HEJO. POL. II. VIR. Bellerophon.

\* COL. JUL. COR. Bellerophon Pegafo infidens contra Chimzram pugnans.

VALENTIAM à Græco verbo PQMHN (1) An ad Valentiam Hifpaniæ, an verò ad Romam, quam VALENTIAM à Græco verbo PQMHN dictam docet Solinus referendi fint Nummi sequentes, eruditi Lectoris judicium esto, mihi certe ex Nummorum scalptura, & Eruditissimi Patini sententia persuasum est Romæ cusa Numismata.

CÆSAR DICT. PERPETUO. Caput Czf., in aliis velatum, in aliis laureatum.

VALENTIA. Duz Cornucopiz cum instrumento militari,

DIVI JULI. IMP. CÆS. DIVI F. Duo Capita adversa.

Navis Prætoria.

V. Kavis Fractoria. \* Eadem Navis cum Obelisco. M. N. Colonia Julia Valentia interpretatur ab Occone (2) Nummi inscriptio; quamvis ego ad Coloniam Juliam Victricem, de qua in Augusto, referendam putem.

5. Caput formineum forte Veneris.

3

\* VALENTIA. S. Duplex Cornucopiz. Patin. Ind. f. 2.

UXORES JULII.

C O S S U T I A.

Locuples admodum, sed è Familia Equestri, prætextato etiamnum desponsata, quam Cajo Patre amisso XVII. annos natus per renunciationem, in sponsalibus dimisit,

#### CORNELIA.

Cinna, quater Confulis filia, ex hac Juliam filiam fuscepit, Pompejo postea desponsatam, hanc Cæsar mirum in modum amavit, utque cam repudiaret, nulla re à Sulla Dictatore persuaderi, aut compelli potuit. Mortuam pro Rostris laudavit oratione cultifima, magnam inde Popularem benevolentiam assecutus. Ljus ctism Fratrem L. Cinnam, qui in civili discordia Lepidum sequutus exulaverat, reduxit.

## POMPEJA.

Q. Pompeji F. L. Sulla Nepris, quan in locum Cornella dustan, ob P. Clodium muliebri habitu, in facris Bonz Dez ab Aurelia matre nocturno tempore deprehensum, qui deperire cam serebatur, atque adulterasie, repudiavit. Vide Dionem ...

#### A L P U R N I A. С

L. Pisonis F. hæc multum Cæsarem amavit, & die quo in Senatu occisus est, somnio territa (nam maritum in gremio suo confodi somniabat) hortari cœpit, ne Curiam ingrederetur. Post Cæsarem occisum ad Ædes M. Antonii se contulit, (cum pulcherrimam Orationem, pro Rostris de laudibus Cæsaris habuillet) pecuniam à Czefare relictam transfulit, & penes eum deposuit.



CLEOPATR Α.

Ægypti Regina à Photino Regno ejecta, Czsarem ad se amandum allexit, qui splendore formz, & quadam fermonis gratia victus, cam nonnifi maximis honoribus, præmiisque auxit, atque ita Fratri reconciliavit, ut pariter Regni gubernacula teneret. Mox M. Antonium quoque Imperium Ægypti occupantem, obsequio corporis devinxit. Bello Actiaco ab Augusto Cæsare victa, Alexandriam confugit cum M. Antonio, qui se ibidem interfecit: Cleopatra viva capta, ne Romam in Triumpho duceretur, se ipsam admoto brachio Aspide inter-fecit statis anno 39. de qua Plutarchus in Antonio. Fuit ipsa libidinis incontinentissime scemina, sed que blandiloquentia, & su fuavitate morum, facile sibi quorumvis gratiam conciliarit, linguarum præterea variarum otitiam, ut qua Æthiopibus, Hebræis, Arabibus, Syris, Medis, Parthis, per se responsa daret.

REGINÆ REGUM FILIORUM REGUM CLEOPATRÆ. Caput Cleopatræ cum Prora Navis. Ar. ANTONI ARMENIA DEVICTA. Caput M. Antonii cum Cydari.

EUNOE.

Maura Bogudis, Mauritaniz Regis Uxor, à Czsare multum adamata, multisque ab eo beneficiis affecta. Hujus vir Bogud Mauritaniz Rex bello Africo enixè juvit partes Czefaris. Turnebus lib. III. cap. XXII. Eunen scribendum existimat. **M**.:

С

(1) Vaillant. Ad Valentiam Hifp. refert Nummos. (3) Vaillant. interpretatur : Colonia Julia Valentia, cum Occone.





# M. AIMILIUS M. F. Q. N. LEPIDUS.

Romano Imperio in Occidente inter Triumviros diviso, Lepido cellit Hispania, & Gallia Narbonensis, sive Togata, decretumque est Lepidum in futurum annum Consulatum gerere, & ob ingruentes necessitates in Urbe moram agere. Primus proscripfit L. Aimilium Paullum Fratrem. Cum vero eidem A. U. C. 714. etiam Africa obtigisset, Octavianus Cæsar post victum Pompejum Magni F., Lepidi Legiones ad se in Sicilia pertraxit. postea omni potestate privatum, relictoque tantum Pontificatu Maximo Lepidum Romam milit, ubi ille qui Imperium tenuerat, ex Triumviris quondam unes ingloriam vitam egit.

M. AIMILIUS M. F. LEPIDUS ÆD. CUR.

COSS. Cn. Pompejus Magnus III. Q. Casilius Metellus Scipio.

A.U.C. 702. Ante Christum 51.

Ar.

M. LEPIDUS M. MARCEL. AED. CUR. Templum, in cujus medio Statua.

S. C. Dianæ caput cum Arcu, & Pharetra.

Ædiles Curules due erant, ideoque 'sie appellati, quèd fills Curult unerentur. Ex Patriçiis prinad, postea promiseud creati. Ludos sacros, & solomnes infinuebane, & surabant. Sacrarum, public carum, privatarumque Ædium curam gerebane, easque magnificis impensis restituebant, ubi opus esset. Annona quoque curationem, & plura Æditium, Plebejorum proprie, sibi vindicaver une. Edictum proponebant, ut Prætores, in quo quemadmodum de fingulis controversiis jus dictare effent, populum monebant.

D. TANDES BO DE

A.U.C. 705.	M. AIMILIUS M. F. LEFIDUS PRAEP. UKE
Ante Chri- stum 48.	COSS. C. Claudius Marcellus. L. Cornelius Lentulus Crus.
Ar.	M. AIMILI M. F. Q. N. PRÆF. URB. Clypeus. ROMA. Caput Romæ galeatum.
· ATTO	M. AMILI M. F. PROPRÆTOR. Ex Hifponia miumphat,
A.U.C. 707. Ante Chri- ftum 46.	COSS. Q. Fuffius Calenus. P. Vatinius.
Ar.	M. AIMIL. M. F. Q. N. PRO. PR. Quadrigæ Triumphales. LEPIDUS. Caput Romæ cum X.
' ATTO 9	M. AIMIL. M. F. LEPIDUS COS. PRIMO IMP.
A.U.C. 708. Ante Chri-	COSS. C. Jul. Cef. III. M. Aimil. Lepidus.
ftum 45. Ar.	M. LEPIDUS IMPER. Caput Lepidi. CÆSAR P. M. DIC. TERT. Caput Cæfaris velatum cum Lituo. S. C. Lepidus Eques habitu Pacificatoris.

**AU.C.** 710. Ante Ćbristum 43. Ar. M. AIMIL. LEPIDUS COS. IMP. PONT. MAX. occifo Cafare, & PROCOS. IMP. II.

COSS. C. Julius Cafar V. M. Antonius.

LEPIDUS PONT. MAX. Caput Lepidi cum Capeduncula, & Licuo. \* LEPI. Cornucopie in Laurea. Num. Arfcon. Tab. 6. n. 21. 22. \* EX S. C. Tripus, en quo erumpit Serpens, hinc Lienus, illinc Capeduncula. Indem. 14 23. 1.15 71 EP4D. IMP. PROCOS. Quadriga Triumphalis, in qua Lep

- eum Aquils. Num Arfoot. Tab. 6. n. 24. M. AIMIL. T. FUFIO, Caput Lepidi. Æ. \* EX . . . . . Caput cum Labyrintho . Patin. Famil. Aimil. n. 10. M. AIMILIO II, VIR . . . . . Caput Lepidi.

  - \* Caput absque Inforipțione. Patin. Famil. Aținil. n. 11.

M. AIMIL. LEPIDUS COS. IMP. II. P. M. III. VIR R. P. C. COSS: C. Vibius Panfa. A. Hirting. Hoc anno Prid. Kal. Jan. ex Mispania triumphat Lepidus.

A.U.C. 711. Ante Chri-<u>ftum 42.</u>

Aur. LEPIDUS IMP. P. M. CÆSAR IMP. PONT. Capeduncula, Afpergillum, Securis, Albogalerus. ANTON. IMP. AUGUR. Lituus, Guttus, Gallus Gallinaceus. Omnia Auguratus Infignia; Augures enim ex Avium gestu futura conjiciebant, lino in Numme Gallus Gallinaceus, quibus maxime utebantur Augures Or

M.

: )

23

\* CÆSAR DIVI F. ARMÊN. RĚCEP. IMP. VII. Figura Cucullata stans, dextra Hastam, sinistra

Arcum. Patin. Svet. fol. 81.

\* CÆSAR ARM. CAP. Figura Capite Pileato, genuflexa Brachia fustollens. Ibidem. \* ARMENIA CAPTA. (Arcus, & Pharetra. Ibidem. \* (Victoria alata, Cornubus Taurum tenens. Ibidem.

CÆS. DIVI F.

\* ARMENIA CAPTA. Cydaris, & Pharetra cum Sagittis. Ex Thef. Maurocen. J. C. Bon. Ær.🔆 CÆSAR AUGUSTUS,

\* TURPILIANUS III. VIR. Luna falcata cum Stella. M. N. \* TURPILIAN.... Pegafus stans. M. N.

Caput Aug. radiatum.

\* IV. In laurea. Musei Correrii.

# A U G U S T U S.

# AUGUSTUS IMP. IX. COS. XI. TR. P. III. ET V,

OSS. Q. Lucretius Vespillo. C. Sentius Saturninus.

Aug. Romam redit, binc Ara Fortuna Reduci dicata.

Aur. 🔆 IMP. CÆS. AUG. Caput Aug

Ar.

Æ.

Ar,

🔆 S. P. Q. R. SIGNIS RECEP. Arcus Triumphalis, cum Quadriga Victoriata, in Peristylio Arcus IMP, IX, TR, POT. V. Pat. Svet. fol. 80.

Caput Aug. Corona Quercea absque Inscriptione. FORT. RED. CÆS. AUG. S. P. Q. R. In Cippo, supra quem duo Delphini.

Ara Fortunæ Reduci extructa in memoriam reditus Aug. ex Asia, de qua Dio. lib. 54. Ob reditum ejus, ac propter ca que absens egisset, multa, ac varia in honorem ejus decreta sunt, quorum ille nibil accepit, nisi quod Fortunæ Reduci Aram consecrari, diemque sui reditus inter ferias referri, ac Augustalia dici passius est.

Caput Aug. Corona Quercea absque Inscriptione.

FORT. RED. CÆS. AUG. S. P. Q. R. In Clypeo, supra quem duo Delphini.

\* FORTUNA REDUX. Fortuna fedens, dextra Temonem cum Globo, finistra Cornucopiæ. Oyfel, tab. 53. num, 8,

IMP. IX. TR. P. V. Caput Aug.

COM. ASIÆ, Templum fex Columnarum, in cujus Periftylio ROM. ET AUG. Ex Pat. Svet. fol, 107.

Regum Afiæ legati Templum Jovis Olympici Athenis antiquitus à Deucalione inchoatum, communi sumptu perficiendum locarunt, absolutumque Genio Augusti dedicandum decreverunt.

IMP. CÆS. AUG. IMP. IX. TR. P. V.

S. P. Q. R. SIGNIS RECEPTIS. Fornix, cui Currus Triumphalis superimpositus est. \* AUGUSTUS COS. XI.

\* Arcus supra quem Aug. in quadrigis, in lateribus Arcus duo Aquilæ legionariæ, in vacuo Arcus. S. P. Q. R. SIGNIS RECEPTIS. In Peristylio ejusdem IMP. IX. TR. POT. V. Num. Arscot. tab. 13. num. 13. 14.

CÆSARI ÁUGUSTÓ FOR. RE. EX S. C. Ara.

Q. RUSTIUS FORTUNÆ ANTIAT. Duz mediz figurz, ex Ara eminentes.

Duæ in hoc Nummo figure, altera Fortunæ Antiatum, altera Fortunæ Reducis.

Apud Antium Templum Fortune erat famosiffimum, multorum etiam Principum donis ornatum. unde Civitas, Fortuna ipsius tutela dicta est.

IMP. CÆS. AUG.

\* PROPR. AS. Clava, Ex Thef. Mauroceno J. C. Bon.

Caput Aug. Corona radiata.

\* V. In Laurea. Mujai Correrii.

#### AUGUSTUS IMP. IX. COS. XI. TR. P. V. VI.

OOSS, P. Cor. Lentulus Marcellin. Cn. Cor. Lentulus.

Agrippe genero TR. P. concedit.

Aur. \* IMP. CÆSARI AUG. COS. XI. TRIB. POT. VI. S. P. Q. R. Caput Aug.

\* CIVIBUS, ET SIGN. MILIT. A PARTHIS RESTITUTIS. Arcus Triplex, cum Imp. in Qua, driga, & duabus figuris, hinc inde fignum militare extollentibus. Pat. Svet. fol. 80.

\* CIVIBUS, ET SIGN. MILIT. A PARTH. RECUP. Arcus, ut fuperior. Ibidem.

IMP. CÆSARI AUG. COS. XI. TRIB. POT. VI. S. P. Q. R. Caput Aug.

CIVIB. ET SIGN, MILIT. A PARTHIS RESTITUTIS. Triplex Arcus, ut in fuperioribus aureis.

IMP. CÆSAR AUG. COS. XI, TR. POT. VI. S. P. Q. R.

CIVIBUS, ET SIGNIS MILIT. A PARTHIS RESTIT. In Corona Civica.

CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug. Laur., & Diadematum. M. AGRIPPA TRIB. POT. COS. TER. Caput Agrippæ.

- CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug.

M. AGRIPPA TRIB. POT. COS. III, Caput Agrippæ. \* IMP. CÆSARI AUG, COS. XI. TR. POT. VI. S. P. Q. R. Caput Aug.

CIVIBUS, ET SIGN. MILIT. A PARTH. RECUPER. Arcus Triplex, ut superiores. M. N. E. 🔆 Caput Aug. absque Inscriptione.

\* VI. In Laurea. Ex Thef. Mauroc. 7. C. Bon.

Caput Aug. cum fulmine ante faciem.

\* VI. In Laurea. Musei Correrii.

#### AUGUSTUS IMP. IX. COS. XI. TR

A.U.C. 735. Ante Chriftum 18.

35

A.U.C. 716. Ante Chrifam 17.

> A.U.C. 737. Ante Chri-

ftum 16.

COSS. C. Furnius. C. Junius Sillamus.

Cajum, & L. Agrippa, & Jul. filios adoptat AUG. Ludi Sæculares V.

Aur. AUGUSTUS TR. POT. VII. Caput Aug. L. MESCINIUS RUFUS III. VIR. Cippus, in quo IMP CÆS. AUG. LUD. SÆC. XV. S.F. Ludi Sæculares celeberrimi apud Romanos, sic dicti, quòd post centum annos fierent, quia sæculum, in centum annos extende existimabant, de quorum origine Valer. Max. lib. 2. cap. 4. cst adeundus; cæterum Augustus abolitos illos, pamlatimque intermiss, boc anno magno apparatu instau. ravit, quintumque edidit. AU-



AUGUSTUS DIVI F. LUDOS SÆC. F. Figura muliebris Galeata, Galea alata, dextra Caduceum alatum, finistra Sceptrum.

M. SANQUINIUS III. VIR. Caput Laur. Stellam crinitam fuper caput habens.

AUGUSTUS TR. P. VII. Caput.

S. P. Q. R. IMP. CÆS. QUOD V. M. S. EX EA P. Q. IS. AD A. D. E. In Cippo.

AUGUSTUS TR. P. VII. Caput Aug.

IMP. CÆS. AUG. LUD. SÆC. XV. S. F. In Cippo, circa quem. L. MESCINIUS RUFUS III. VIR.

AUGUSTUS DIVI F. LUD. SÆC. F. Figura muliebris, cum Pætafo, & Caduceo Mercurii. M. SANQUINIUS III. VIR. Caput Laureatum cum Stella crinita.

AUGUSTUS DIVI F. LUDOS SÆC. Sacerdos stans, dextra Ancile, sinistra Caduceum.

## M. SANQUINIUS III. VIR. Caput cum Stella crinita. Musei Davia.

CÆSAR AUGUST. Caput August. cum Simpullo. CÆSAR AUGUSTUS III. VIR. Columna, in qua IMP. CÆS. AUG. LUD. SÆC. hinc, & inde XV. S. F. Musai Davia.

AUGUSTUS TR. POT. VII. Caput.

S. P. Q. R. IMP. CÆ. QUOD V. M. S. EX EA P. Q. IS. AD A. E. D. E. In Cippo, circa quem. L. VINICIUS L. F. III. VIR.

AUGUSTUS IMP. IX. COS. XI. TR. P. VII. ET VIII.

A.U.C. 738. Ante Christum 15.

COSS. L. Domitius Ænobarbus. Cor. Scipio.

Templum Quirini dicatum Aug. in Galliis. Vota pro reditu Augusti.

Ar. \* IMP. CÆSAR AUGUST. TR. P. VIII. Caput Aug.

\* C. ANTISTIUS VETUS III. VIR. Duo Sacerdotes velati porcum immolantes, in medio FOEDUS P. R. CUM GABINIS. Ex Vaillant. t. 2. f. 10.

\* IMP. CÆSAR AUG. TR. POT. VIII. Caput Aug. aliud TRI. POT. Pat. Fam. Antift. num. 3.

\* C. ANTIST. VETUS APOLLINI ACTIO. Apollo in fubstructione quinque Columnis fuffulta, finistra Lyram, dextra Pateram portendit super Aram accensam. Pat. Svet. fol. 77.

- \* IMP. CAESAR AUGUST. TR. POT. VIII.
  - \* C. ANTIST. VETUS. FOEDUS P.R. QUUM GABINIS. Duz figurz velatz jungentes dextras fuper Aram accenfam. In Bibliotheca Basiliensi ex D. Fesch. Schedis.

Antifius bic à Gabino ortus videri potest, cùm in Nummo fœdus P. R. cum Gabinis, cudi fecerit, ad ejus fortè indicandam originem.

Æ. CAESARI AUGUSTO TR. P. VIII. IMP. IX.

COS. XI. P. P. S. P. Q. R. S. C.

Caput Aug. absque Epigraphe.

VIII. In Laurea. Ex Thef. Mauroceno 7. C. Bon. \*

Nummos, quibus in adversa parte Notæ numerales cusæ sunt, ad annos TR. P. Augusti indicandos, cusos existimamus.

AUGUSTUS IMP. IX. COS. XI. TR. P. VIII. IX.

A.U.C. 739. Ante Chri*flum* 14.

COSS. Livius Drusus Libo. L. Calp. Piso Censorinus.

Rhæti à Tiberio Druso victi, & in Provinciam redacti.

Æ. 🔆 Caput Aug. radiatum.

K IX. In medio Nummi. M. N. al. in Laurea. M. N. \* Caput Aug. Laureatum, circa quod Laurea. 🔆 IX. In Laurea. M. N.

## AUGUSTUS IMP. IX. COS. XI. TR. P. IX. X.

COSS. M. Licinius Crassus. Cn. Cornelius Lentulus Augur.

**A.U.C.** 740. Ante Chri**ftum 13**.

Æ.

Bellum Pannonicum incipit.

X. In Laurea. Patin. Ind. f. z.

AUGUSTUS IMP. IX. COS. XI. TR. P. X. XI. PONT. MAX.

ITIC

Ti. Claudius Nero. COSS.

36

Ar.

Ante Chri*ftum* 12.

P. Quinttilius Varus

A. D. Prid. Non. Mart. mortuo Æmilio Lepido Aug. P. M. fit, & Romam ex Galliis redit.

IMP. CÆSARI AUGUSTO COS. XI. TR. P. XI. S. P. Q. R. Caput Aug. Aur.

AUGURI PONT. MAX. IMP. IX. P. P. Patella, Lituus, Capeduncula, duz Hastz purz decuflatæ.

CÆSAR AUGUSTUS. Caput Corona Quercea.

PONT. MAX. TR. POT. .... COS. .... P. P. Sex figuræ facrificantes ad Aram ante Templum, hinc Imp. cum duobus Lictoribus, illinc alius Sacerdos habitu Gabinio cum duobus Ministris. Strada f. 5.

Forte ad dedicationem Theatri Marcelli, hoc anno factam referendus.

CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ.

PONTIFEX MAXIMUS. Dea Clementia sedens, dextra Ramum lauri, sinistra Hastam.



CÆ-

Ar. CÆSAR PONT. MAX. Caput Aug. Laur.

ROM. ET AUG. Porticus cum duabus Victoriis.

**Æ.** 🔆 CÆSAR PONT. MAX. Caput Aug. Laur.

- ROM. ET AUG Porticus cum duabus Victoriis. M. N.
- ★ CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS.
- \* P. MAXIM. TRIBUN. POT. S. C. In Area Nummi. M. N. \* CÆSAR AUGUST. PONT. MAX. TR. P.
- - \* AUGUSTÆ MATRI PATRIÆ. Figura muliebris, capite velato sedens, dextra Pateram, finistra Hastam, Vaillant, tom. 1. f. 2.

#### AUGUSTUS IMP. X. COS. XI. TR. P. XI. XII.

COSS. M. Valer. Meffalla Barbatus. P. Sulpitius Quirinus.

Pannonii à Tiberio vichi, & domiti, ideo Aug. Imp. X.

Aur. AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug.

IMP. X. ACT. Apollo dextra Plectrum, finistra Lyram.

IMP. X. SICIL. Diana cum Cane, Hasta, & Arcu.

IMP. CAESARI AUGUSTO COS. XI. TR. P. IMP. X.

S. P. Q. R. IMP. CAES. Figura Equeltris infiltens Bafi.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Aug.

IMP. X. Bos Cornupeta.

AUGUSTI C. F. Victoria infidens Globo. Ex Thef. Mauroceno J. C. Bon.

AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug.

Ar.

IMP. X. ACT. Apollo dextra Plectrum, finistra Lyram.

IMP. X. ( Bos Cornupeta.

Imp. sedens, ante quem duz figurz stantes, Ramos kuri porrigentes.

\* (Diana gradiens dextra elata, finistra Arcum, à tergo Pharetra. Oysel. tab. 10. num. 11. IMP. X. SICIL. Diana venatrix, cum Arcu, Hasta, & Cane.

CAESAR AUGUSTUS. Caput Aug.

IMP. X. Bos Cornupeta.

C. AQUILIUS FLORUS III. VIR SICIL. Miles sternens mulierem seminudam.

#### AUGUSTUS IMP. XI. XII. COS. XI. TR. P. XII. XIII.

COSS. Paullus Fabius Maximus, Q. Elius Tubero,

Drusus Germanos, Tiberius Pannonios rebelles, vincunt, Hinc Aug. Imp. XI. XII.

Arr. \* AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. Corona Quercea.

IMP. XI. ACT. Apollo Actiacus, ambabus manibus Lyram.

\* IMP. XI. SICIL, Diana gradiens, dextra ad Pharetram ex humeris pendulam protenía, finistra

Arcum. Parut. Sicil. ex N. Gr. & Rom. num. 83.

AUGUSTUS PONT. MAX. TRIB. POT. XIII. COS. XI.

AUGUR IMP. XII. P. P. Capricornus cum Globo, Temone, Cornucopia.

AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. Laur.

IMP. XI. ACT. Apollo ambabus manibus Lyram tenens.

IMP. XI. SICIL. (Diana cum Cane, Arcu, Haíta.

\* (Diana gradiens, dextra Pharetram ex humeris pendulam tenens, finistra. Arcum. Paruta loco fupra citato.

\* IMP. XI. Apollo stans, dextra Lyram. R. P. Minii.

Capricornus.

\* ( Capricornus cum Globo. M. N.

\* AUGUR PONT. MAX. IMP. XI. P. P. Clypeus cum Comentaculis, hinc inde Lituus, St Simpullus. Num. Arfcot. tab. 15. num. 23. \* AUGUSTUS PONT. MAX. TRIB. POT. XIII. COS. XI.

\* AUGUR IMP. XII. P. P. Capricornus cum Globo, Temone, Cornucopia. Pat. Svet. f. 189. E. 🔆 Caput Aug. radiatum.

\* XIII. In medio Nummo. M. N.

#### AUGUSTUS IMP. XII. COS. XI. TR. P. XIII. XIV.

COSS. Julius Antonius M. F. Q. Fab. Max. African.

A.U.C. 744. Ante Chrifum 9.

Augustus Romam redit, unde Belli Dalmatici cousa discesserat.

A.U.C. 742.

Ante Chri-

A.U.C. 743. Ante Obri-

fum 10.

fum 11.

AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. Aur.

IMP. XII. ACT. Apollo Actiacus, dextra Plectrum, finistra Lyram. 🕼 🔆 AUGUSTUS DIVI F.

IMP. XII. ACT. Apollo Actiacus dextra Plectrum, finistra Lyram.

\* IMP. XII. SICIL. Diana cum Cane venatico, dextra Hastam, sinistra Arcum. Pat. Svet. f. 129. \* IMP. XII. Diana, cum Cane, & Arcu. R. P. Minii.

K

XIV. In Laurea, Pat. Ind. f. 2.

Æ.

,

5

Digitized by Google

. AU•

### A U G U S T U S.

AUGUSTUS IMP. XIII. COS. XI. TR. P. XIV. XV.

COSS. Nero. Cl. Drusus Germanious. T. Quintinus Crispinus.

Drusus Catos, & Cheruscos vincit, ideo Ang. Imp. XIII.

Aur. AUGUSTUS TR. POT. XIV. COS. XI. IMP. XIII. P. P. Caput Aug. Laur.

TI. SEMPRONI T. F. GRACCUS LEG. PROCOS. Nux Pines.

TI. SEMPRONI GRACCUS QUÆST. ITER. EX S. C. Vexillum, Aquila, Aratrum, Decempeda.

\* IMP. XIII. Aug. fedens in fubstructione, cui duz figurz barbarico habitu, infantem grandiusculum fasciis involutum offerent. Num. Arfoot. tab. 15. mun. 3.

AUG. TRIB. POT. XV. Caput Aug.

Figura paludata fedens, dextra Pini succen, finistra Cornucopia.

\* XV. In Laurea. Potin. Ind. f. 2.

### AUGUSTUS IMP. XIV. COS, XI. TR. P. XV. XVI.

A.U.C. 746. Ante Chri-

ftum 7.

COSS. C. Marcius Genforinus. C. Afinius Gallus.

Cantabri, 🕁 reliqui Germani à Tiberio domiti, binc Trophas Germanica.

Aur. AUGUSTUS DAVI F. Caput Aug. Lanr.

IMP. XIV. (Imperat. fedens.

( Imp. fedens, cui porrigient Infans fafoiis involucus.

Sveton. cap. 34. Accitos Germanici liberos, receptosque, partim ad fe, partim in Patris gremium. ostenuovit, manu, vultuque significans, ne gravarentur imitari Juvenis exemplum. Fortè Germanicus is oft, qui Infantem Imp. pervigit.

CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug.

TI. NERO. TI. F. PROCOS. Trophzum, cum duobus captivis affidentibus, cum fpohis Germanicis.

AUGUSTUS DIVI F.

IMP. XIV. (Imp. fedens.

( Imp. ledens, oui poorigitur Influs falciis involutus.

\* DE GERMANIS. Duo foute per transversum labaro medio, cum atiis militaribus instrumentis. Num. Arscot. tab. 10. num. 11.

AUGUSTO DÍVI F. PONT, MAX. TR. POT, XVI. IMP. XIV.

COS. XI. PATRI PATRIÆ S. P. Q. R. S. C. In medio Nummo.

\* XVI. In Laurea. Pat. Ind. f. 2.

AUGUSTUS IMP. XIV. COS. XI. TR. P. XVL XVII.

COSS. Te. Claud. Nero II. Cn. Calpurn. Pifo.11

A.U.C. 747. Ante Christum 6.

Tiberius de Germanis triumphat. Templum Jovis Feretrii restauratum . Ludi pro Ang. reditu voti celebrantur.

Aur. AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. Laur.

TR. P. XVII. Victoria Globo infidens.

IMP. CÆSAR AUGUSTUS. Caput ut supra.

TI. CLAUDI. TI. F. NERO COS. ITER. IMP. ITER. Quadeige triumphales, vehentes conum Pini.

HAP. CAESAR AUGUSTUS. Bigge mumphales.

TI. CLAUD. T. F. NERO COS. ITER. IMP. ITER.

Ar. AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. Laur.

TR. P. XVII. Victoria Globo infidens,

\* AUGUSTUS. Caput Aug.

\* JOVI OLY. Templum quadratum fex Columnarum. Pat. Suc. f. 88,

Æ.

\* JOVI DEO. Templum 4. Columnarum in conum definent. Villant. tom. 1. f. 3. \* S. C. Circus maximus, cum Obelifco, Metis, Bigis. Oyfel. tab. 97. num. 2.

AUGUSTUS IMP. XIV. COS. DES. XII. TR. P. XVII. XVIII.

Ar.

A.U.C. 745. Ante Chri-

stum 8.

A.U.C. 748. Ante Chriftum 5.

COSS. D. Lælius Balbus. C. Antistius Vetus.

Tiberio TR. P. data in Quinquenniam.

C. & L. Aug. Filie ; Principes Jewensutis appellate, & Gajas Cof. Def. post Quinquennium .

 AUGUSTUS PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII. COS. XI. Caput Aug. IMP. XIIII. PATER PATRIÆ S. C.
 \* CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug.
 \* CAJO, ET LUCIO CÆS. PRINCIPI JUVENT. Capita Caji, & Lucii fe refpicientia. Strada fol. 18.



Cajum, & Lavium Nepotes ex Agrippa, & Julia filia genitos, quorum ille natur eft M. Apuleje, & P. Silio Nerva Cofs. U. C. 733. bic C. Furnio, C. Sillano Cofs. U. C. 737. Augustus flatim. eo ipfo anno, qui fuit L. metalis, adoptavit in filios, successore fque in Imperio designavit. Nec dum posita puerile Protexte Principes juventutis appellari voluit ; Adultos vero XII. & XIII. Cofs. gerens, ( quos ob id ultro petterat ) fuo quemone Tyrecinio in Forum dedunit, Confules quoque designavit. Ambos intra spatium duodeviginti mensium ereptos Augusto Patri, refert Svetonius.

\* AUGUST. TRIB. POT. PONT. MAX. Caput Aug. laur. \* L. C.A.S. AUG. F. PRINC. JUVENT. Caput L. Carl ablque laurea. Vaill. tom. 1. fol. 7.

AUGUSTUS.

AUGUSTUS IMP. XIV. COS. XII. TR. P. XVIII. XIX.

COSS. Angustus XII. L. Cor. Sulla.

Ti. in Oriontem missies al motus Armenie componendes Rhodi subsistit.

JESUS CHRISTUS Salvator Mundi, boc anno nafcitur, ex Eufebio, & adductis per Reverendiff. mun P. Noris in Constapp. Pifanis fol. 131. Nos vero Aran Dienyfianam fequentes, eundem.

natum A. U. C. 753. ponimus, ut cum vulgari Epocha confentiamus. IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS COS. XII. Caput Aug. imur.

L. OORNELIUS SULLA IU. VIR. A. A. A. F. F.

IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS PONT. MAX. TR. POT. XIX. Caput Aug.

HMP, XIV. COS. XII. Pater Patrize S. C.

. 1.

Er.

Ær.

AUGUSTUS IMP. XIV. COS, XII. TR. P. XIX. XX,

COSS. C. Calvifus Sabinus. C. Pallienus Crispus.

IMP. AUGUSTUS TRIB. POTEST. XX. Caput Aug. Er. CN. DOM. L. DO. M. AUR. C. VET. LANG. III. VIR CÆSAR AUGUS. Bos. CN. DOM. IMP. C. VET. LANG. II. VIR CAESAR AUGUS. Coloniz deductz Typus.

AUGUSTUS IMP. XIV. COSS. XIL TR. P. XX. XXI. P. P. dicitor.

OOSS. L. Cor. Lentulus. M. Valer. Meffallinus Cotta.

. :: \*\* . · 2 . . **Aur. XIMP.** CÆSAR DIVI F. Caput Aug.

\* PATER PATRIZE. (Capricornus cum Globo, Temone, & Cornucopia. Patin. Svet. f.139. (Capricornus cum Globo, & Temone.

Scio quàm diversa sint Ernditifiunorum bominum sententia in Anno stabiliendo, quo P. P. nomen. Aug. delatum suit; tamen ex inscriptione à Fulvio Ursino relata, in Famil. Julia, & Svetonii Textu, qui illum P. P. falutatum à Valerio Meffalla scribit, absque dubio boc Anno P. P. nomes Augusto delatum fensio à Confule Meffalta, de que plenius in Fastis nostris disservanus.

CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Ar.

PONTIF. MAX. Figura sedens, dextra Hastam, sinistra Ramum.

PONT. MAXIM. Figura seminuda sedens, dextra Hastam puram, finistra Ramum. Pasin. Thefauro.

\* PATER PATRIE. Capriconnus cum Globo, & Temone. Patin. Sveton. fol. 139.

IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS PONT. MAX. TR. POT. XXI.

IMP. XIV. COS. XH. PATER PATRIÆ S. C.

CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.

ROM. ET AUG. Templum cum duabus Victoriis alatis, dextris Serta tenentibus. Ind. Polatio. IMP. NERVA CÆSAŘ AUGUSTUS REST. S. C. In medio Nummo. Ibidem.

Tstus, Domitiama, Nerva, & Trajanus, plares Julii Gef. Augusti, & fuccessorum Imp. Num mos restituére, vel ut illorum memorium antiquis forte dispersis Nummis restituerent, vel ut acta Heroica Principum antecefforum colentes, corundem fe virtutibus ornatos, subditis oftenderent.

AUGUSTUS AMP. XIV. COS. XIII. TR. P. XXI. XXII.

COSS. Angufus XIII. M. Plantius Status.

Lucius Cef. Of Def. poft Quinquennium, Templum Martin Utboris dicatum.

A.U.C. 755. Ante Chri**fun** 1. •

Bollum Parthicum incipit, Parthe Armenia Regum invalente.

CÆSAR AUGUSTUS. Aur.

39

A.U.C. 750. Ame One from the state

A.V.C. 791. Ante Chri-

ftum 2.

A.U.C. 749. Ante Coris

stum 4.

MART. ULTO. Templum, in cujus medio Aquila legionaria, hinc, & inde Signa cohortium. AUGUSTUS PONT. MAX. TR. P. XXII. COS. XIII. IMP. XIV. Caput Aug.

DE PARTHEIS. Thiara Parthica cum Arou, & Saginis.

Hoc Anno Bellum Parthicum incorpit, unde ad Augurium, sive in spem Victoria cusus Nummus,

cum Parthicis insignibus, & armis. CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.

C. ET L. CÆSARES AUGUST. F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. Duz figurz Togatz, assistentes Clypeis cum Hastis puris, signis Pontificalibus, & Auguralibus.

C. ET L. CÆSARES AUGUSTI F.COS. DES. PRINC. JUVENT. Gaji, & Lucii capita adverta. Ar.

Digitized by Google

Ar. \* CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug. Laureatum, in alio AUGUSTUS. Pat. Svet. fol. 86.

MART. ULT. Templum rotundum, in cujus medio Aquila legionaria, hinc & inde Signa cohor. MARTIS ULTORIS. Templum, in quo Mars finistra tenens Signum militare.

De boc Templo jam diximus construi ab Augusto jussum fuisse, ut in eo adinstar Jovis Feretrii, figna à Parthis restituta suspenderentur, quod in his Nummis cernitur.

\* MARS ULTOR. Caput Imberbe Galeatum. Oyfel. tab. 40. num. 5. \* DE PARTHEIS. Thiara Parthica cum Arcu, & Sagittis. Oyfel. tab. 20. num. 5.

\* L. CÆSAR AUGUSTI F. AUGUR COS. DES. PRINC. JUVENT. Typus cum Stella, hinc Lituus, inde Patera. Num. Arscot. tab. 14. num. 11.

\* MART. ULT. Templum, in quo figura Martis, Vexillum legionarium gerentis. Thef. Theupol. CÆSARI AUGUSTO. Caput Aug.

S. P. Q. R. Templum, in quo Signum militare, & Aquila imposita Currui absque Equis.

CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. Laur.

C. ET L. CÆSARES AUGUST. F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. Duz figurz Togatz affistentes Clypeis cum Hastis puris, fignis Pontif. & Auguralibus. (\*)

\* S. C. Templum Martis pluribus Columnis suffultum, hinc & inde Arietes Basibus impositi J Vaillant, tom. 1. fol. 3.

\* CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug.

\* CÆSARES AUGUSTI F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. Duo Capita se respicientia, in. quorum medio C. L. Angellon. fol. 25. num. 29.

\* C. ET L. CÆSARES AUG. F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. Capita Caji, & Lucii fe respicientia. Vaillant. tom. 1. fol. 7.

AUGUSTUS IMP. XIV. COS. XIII. TR. P. XXII. ET XXIII.

COSS. Coffus Cor. Lentulus. L. Calp. Pifo.

AU.C. 753. Cbrifa Nat.

A.U.C. 754.

Chr. Nat.1.

A 1

Dionysii Exigui Æra, qua utimur à nato CHRISTO Mundi servatore, incipit hoc anne ante diem offavum Cal. Januarii,

Æ. IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUST. PONT. MAX. TR. POT. XXIII. IMPERATOR XIIII. COS. XIII. PATER PATRLÆ S. C.

AUGUSTUS IMP. XIV. COS. XIII. TR. P. XXIII. ET XXIV.

COSS. C. Jul. Aug. F. Cafar. L. Aimilius Paulhus.

Cajus Cess. ad Bellum Armeniacum proficiscitur.

AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. Laur. Ar.

C. CÆSAR AUG. F. Figura Equeftris cum tribus fignis militaribus. IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS PONT. MAX. TR. P. XXIIII.

Æ.

IMP. XIIII. COS. XIII. P. P. S. C. \* AUGUSTUS PONT. MAX. Caput Aug. Laur.

\* C. CÆSAR PONT. COS. Caput Caji finè Laurea. Vaillant. tom. 1. fol. 6. . . . . Caput Aug. Laur.

\* C. CÆSAR AUG. . . . . forte F. COS. S. C. Caput Caji Aug. F. Musai Cofpiani .

AUGUSTUS IMP. XIIII. COS. XIII. TR. P. XXIV. XXV.

A.U.C. 755. Christi 2.

COSS. P. Vinicius. P. Alfinius Varus.

Menfe Majo Pax cum Parthis à C. Cafare Aug. F. firmata. Tiberius Romam redit. L. Cefar Annum agens XVIII. Massilie moritur.

IMP. CAESAR DIVI F. AUGUSTUS PONT. MAX. TR. P. XXV. COS. XIII. PATER PATRIAE IMPERATOR XIIII. S. C.

AUGUSTUS IMP. XIIII. COS. XIII. TR. POT. XXV. XXVI.

COSS. L. Ælius Lamia. M. Servilius Geminus.

C. Cafar in colloquio circa Artageram graviter vulneratur.

A.U.C. 756. Christi 3.

Æ.

m -. . . . ~ 4.5 4

Æ.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AUGUSTUS PONT. MAX. TR. P. XXVL IMP. XIIII. COS. XIII. P. P. S. C. IMP. CAESAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XIIII. PONTIF. MAXIM, TRIBUN, POTEST, XXVI. S. C.

(\*) CAESARI AUGUSTO. Caput Laur. MART. UL. Templum sex Columnarum, & in eo tria signa militaria. M. N.

Digitized by GOOGLE

AU-

. .

### AUGUSTUS.

### AUGUSTUS IMP. XIV. COS. XIII. TR. P. XXVI. XXVII.

COSS.' Sex. Ælius Catus. Sentius Saturninus.

Cajus Cefar in Italiam rediens, Lymire in Lycia moritur A. D. VIII. Kal. Mart.

Cajo, & Lucio Aug. filiis mortuis, Tiberius ab Augusto adoptatus A. D. V. Kal. Julii ad Bellum Germanicum mittitur.

Aur. . . .

\* TI. CÆSAR AUGUSTI F. IMPERATOR. Caput Tiberii. Vaillant. tom. 2. fol. 21.

\* TI. CÆSAR AUGUSTI F. IMPERATOR. Caput Tiberii. Vaillant. tom. 2. fol. 21.

Qui Exercitibus præcrant, re bene gesta, vel militum savore, vel decreto Senatus Imperatores salutabantur. Cæsari verò, & qui eum sequuti sunt quo summam ostenderent potentiam, in prænomen transsit (ut vult Torrentius in Sveton.) Remanssit tamen militaris quoque appellatio, quoties vel ipsi Aurr., vel ipsorum auspiciis, alii rem feliciter gerebant. Dion.
 \* CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ.

CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ.
 TI. CÆSAR AUG. F. TR. P. . . . . Quadriga triumphalis, in qua Imp. Thef. Theupol.
 Er. IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XIV.

PONT. MAXIM. TRIBUN. POTEST. XXVII. S. C.

\* T. CÆSAR AUG. F. AUGUSTUS. Caput Tiberii. Vaillant, tom. 1. fol. 4.

### AUGUSTUS IMP. XIV. COS. XIII. TR. P. XXVII. XXVIII.

COSS. L. Valerius Meffalla Volufus. Cn. Cor. Cinna Magnus.

AUGUSTUS IMP. XV. COS. XIII. TR. P. XXVIII. XXIX.

COSS. M. Æmil. Lepidus. L. Aruntius Nepos.

Tiberius Germaniam vastat, ad Albin usque excurrens, binc Aug. Imp. XV. Fames ingens Roma.

IMP. CÆS. AUG. PONTIF. MAXIM. TRIB. POT. XXVIII. COS. XIII. PATER PATRIÆ S. C.
IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XV. PONT. MAX. TRIB. POTES. XXIX. S. C.
IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XV. PONTIF. MAX. TRIBUN. POTES. XXIX. S. C.
IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS PONT. MAX. TR. POT. XXIX. COS. XIII. PATER PATRIÆ IMP. XV.

AUGUSTUS IMP. XV. COS. XIII. TR. P. XXIX. XXX.

COSS. A. Licinius Nerva. Q. Cæcil. Metellus Creticus.

A.U.C. 760. Cbristi 7.

Germanicus ad Bellum Dalmaticum miss. Augustus Ariminum se confert.

AUGUSTUS PONT. MAX. TR. P. XXX, COS. XIII. IMP. XV. P. P.

VOT. P. SUSC. PRO SAL., ET RED. I. O. M. SACR. Corona Quercea.

Ad Bellorum administrationem ita intentus fuit (Augustus) ut quò propiùs, que in Pannonia, ae Dalmatia gerenda essent, subinde monere posset, Ariminum se contulerit; in ejus ab Urbe exitu. Vota nuncupata, ac redeunte sacrificatum, tanquam ex hostico rediisset. Dio lib. 55.

- Ær. IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XV.
  - PONTIF. MAX. TRIBUN. POTEST. XXX. S. C.
  - \* S. P. Q. R. CÆSARI AUGUSTO. Caput Aug.

\* I. O. M. SACR. VOT. P. SUSC. PRO SAL., ET RED. Stat Miles Galeatus dextra Vexillum, finistra Scipionem. Index Cavotorta.

\* IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XX.

\* PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POT. XXX. Reverendisfimus Noris Conotaph. Pifan. fol. 338.

AUGUSTUS IMP. XV. COS. XIII. TR. P. XXX. XXXI,

COSS. M. Furius Camillus. Sex. Nonnius Quintilianus.

A.U.C. 761. Christs 8.

Pannones, & Dalmata, partim Fame, partim Ferro domiti, illi Tiberio, bi Germanico se dedunt.

**4** I

A.U.C. 757. Chrifts 4.

A.U.C. 758.

Christi 5.

A.U.C. 759. Christi 6.

### Er. IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XV. PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POTEST. XXXI. S. C.

### AUGUSTUS TR. P. XXXI. XXXII. COS. XIII. IMP. XV.

COSS. C. Poppejus Sabinus. Q. Sulpitius Camerinus.

AUGUSTUS IMP. XVI. COS. XIII. TR. P. XXXII. XXXIII.

COSS. P. Cor. Dolabella. C. Junius Silanus.

Tiberius in Germaniam redit, illam vastat, & Arminium Clade Varriana superbum reprimit. L IMP.

A.U.C. 762. Christi 9.

A.U.C. 763. Christi 10.



42

### A U G U S T U S.

#### IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XVI. Ær. PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POTEST. XXXIII. S. C.

### AUGUSTUS IMP. XVII. XVIII. XIX. XX. COS. XIII. TR. P. XXXIII. XXXIV,

A.U.C. 764. Christi 11.

COSS. M. Æmilius Lepidus. T. Statilius Taurus.

Templum Concordiæ à Tiberio Dicatum.

IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XX. Ar. P. M. TR. POT. XXXIV. P. P. Ær,

IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XX. PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POT. XXXIV. S. C.

\* PONTIF. MAXIMUS TRIBUN. POT. XXXIV. S. C. In medio Nummi. Ind. Cavotorta.

### AUGUSTUS IMP. XX. COS. XIII. TR. P. XXXIV. XXXV.

A.U.C. 765. Christi 12.

COSS. Ti. Jul. Ti. F. Aug. N. Germanicus Caf. C. Fontejus Capito.

Germaniam iterum vastant Tiberius, & Germanicus.

Aur. IMP. CÆSAR AUGUSTUS.

TI. CÆSAR AUG. F. TR. POT. XIV.

IMP. CÆSAR AUGUSTUS. Ar.

TI. CÆSAR AUG. F. TR. POT. XIV.

IMP. CÆSARI DIVI F. AUGUSTO PON. MAX. TR. P. XXXV. Ær. COS. XIII. PATRI PATRIÆ IMP. XX. S. P. Q. R. S. C.

AUGUSTUS IMP. XXI. COS. XIII. TR. P. XXXV. XXXVI.

A.U.C. 766. Christi 13.

COSS. C. Silius Nepos. L. Munatius Plancus.

CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. Aur.

TI. CÆSAR AUGUSTI F. TR. POT. XV. Quadrigæ Triumphales.

Ad Triumphum Tiberii, de Illyricis, Pannonibus, Dalmateis, & Germanis, quem anno superiori duxit, spectat hic Nummus, cum sequentibus.

CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATÉR PATRIÆ. Caput Aug. laur. Ar.

TI. CÆSAR AUGUSTI F. TR. POT. XV. Quadrigæ Triumphales. \* TI. CÆSAR AUG. F. TR. POT. XV. Caput Tiberii abíque laurea. Patin. Thef. IMP CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XXI.

PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POTES. XXXVI. S. C.

AUGUSTUS IMP. XXI. COS. XIII. TR. P. XXXVI. XXXVII.

COSS. Sex. Pompejus. Sex. Apulejus.

A.U.C. 767. Christi 14.

Ær.

Hoc anno A. D. XIV. Kal. Septembris Augustus Nolæ mortuus est.

IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XXI. Ær. PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POTEST. XXXVII. S. C.

### TRIVIRI MONETALES sub Augusto. Omnes Nummi sunt Æ.

Saturni Ædes Romæ cudendæ Monetæ locus, ab Ære primùm cuso Ærarium appellata, cùm Assis libralis, & dupondius signaretur, pensareturque potius, quam numeraretur ante scilicet A. U. C. 485., quo primum Argentum signatum, post Victoriam de Pyrrho Rege reportatam, Aurum. verò post deletas Carthaginem, & Corinthum, signari cœptum. Cura ærarii, signandæque Monetæ, primo Tribunis data est, postea Quæstoribus, ex bis ad III. viros Monetales traducta est, qui numero trium Æris, Argenti, Aurive, Flandi, Feriundique curam habuere. Horum Collegium à C. Julio Cafare Dictatore auctum, & IV. VIRIS provincia cudenda moneta commissa remansit, usque ad Victoriam Actiacam, post quam Augustus R. P. solus tenens, illum ad antiquum reduxit numerum, iterumque III. VIRI A. A. A. F. F. dicti sunt : Hi ex Senatoribus lecti erant. ut nomina in Augusteis Nummis inferiùs producendis cusa nos docent.

CÆSAR AUGUSTUS TRIBUNICIA POTESTATE. Caput Aug.

M. SERVILIUS GEMINUS III. VIR. A. A. F. F. S. C. CÆSAR AUGUSTUS TRIBUN. POTEST. Caput Aug. laur.


T. STATILIUS TAURUS III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. CÆSAR AUGUSTUS TRIBUNIC. POTEST. Caput Aug. SEX. APULEJUS SEX F. C. CASSIUS CELER. C. PLOTIUS RUFUS. III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. CN. PISO CN. F. C. GALLIUS C. F. LUPERCUS.  $\Rightarrow$  L. SURDINUS. *M.* N. \* C. ASINIUS GALLUS. *M.* N. ż CN. PiSO CN. F. III. VIR. A. A. A. F. F. Caput fenile vittatum. Pat. Fam. Calp. n. 16. IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS COS. XII. P. P. Caput Aug. laur. L. CORNELIUS SULLA III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.

CÆ-

Digitized by GOOGLE

	Α	UG	US	ΤU	S.	43
	CÆSAR AUGUST. PON.		UNIC. PC	TEST.	Caput Aug.	
	SEX NONNIUS QUIN M. MAECILIUS TULI		-	٦		·
	VOLUS. VALER. ME	SSALA.				
	VOLUSUS VALER. N P. LURIUS AGRIPPA		I. Cavoțorta		III. VIR. A. A	A. A. F. F. S. C.
	L. CORNELIUS SULI			(		1
	CN. PISO CN. F. $\Rightarrow$ M. SALVIUS OTHO.	M. N.				
~14	* C. CASSIUS CELER.	M. N.		J		:
Ŧ	CÆSAR DIVI F. AUGUS $\Rightarrow$ L. SURDIN. C. PLOT	IUS RUFUS.	Caput fen	ile barba	tum . <i>M</i> . N.	
*	IMP. CÆSAR AUGUSTU * A. LICINIUS NERVA					
*	CÆSAR AUGUST. PON'	T. MAX. Capi	it Aug.		. 5. 6. 14. 14.	
<b>ب</b> لہ	* M. LURIUS AGRIPPA CÆSAR AUGUST. PON				out Aug cui	Victoria à terro Lan-
T	ream imponit.				fut mug., cui	
	* CN. PISO CN. F. Ind. * P. LURIUS AGRIPPA		4 A F F	S.C. I	Patin Fam Lur	ia num. 2.
	* SEX. NONNIUS QUI	NTILIAN. III.	VIR A.	A. A. F.	F. S. C. Ind. F	olatio
	$\Rightarrow$ M. SALVIUS OTHO $\Rightarrow$ L. SURDINUS III. VI					<i>n</i> . 3.
	* M. MÆCILIUS TULL	US III. VIR A	A. A. A. F			ecil. in omiss num. 5.
*	* C. GALLIUS LUPER( AUGUSTUS DIVI F.	CUS. Ind. Pola	t10.			
•	* C. LAETILIUS APAL					OL. <i>M. N</i> .
Ŧ	CÆSAR AUGUSTUS TF * M. MAECILIUS TULI					ummi. Ind. Cavotorta.
*	CÆSAR AUGUST. PON $\Rightarrow$ A. LICIN. NERVA SI	T. MAX. TR		F F'S	C Ind Country	
	AUGUSTUS TRIBUNIC.	POTEST. In				· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·
	SEX. AELIUS CATUS $\Rightarrow$ Q. AELIUS LAMIA.			٦	1	
	C. ASINIUS GALLUS		•			
	* C. ASINIUS. M. N. C. CANINIUS REBIL	US.	•			
	C. CASSIUS CELER.					
	CN. PISO CN. F. $\therefore$ C. CENSORINUS L. 1	F. AUG. <i>M.</i> 1	√.			
	P. CORNELIUS DOL. C. GALLIUS LUPER	ABELLA.	,			
	M. LICINIUS CRASSU	JS.				
	P. LICINIUS STOLO. $\Rightarrow$ STOLO. <i>M. N.</i>					
	* P. STOLO. Pat. Ind. f				III. VIR. A. A	A. A. F. F. S. C.
	L. MUNACIUS L. F. $\Rightarrow$ L. NAEVIUS SURDIN		n Nævia v	um. 7.		
	L. SURDINUS.					
	C. PLOTIUS RUFUS $\mathbf{*}$ T. QUINCTIUS CRIS		Fam. Ouint.	num. 3.		
•	T. CRISPINUS.		-	<b>J</b> .		
	* TI. CRISPINUS SULP T. CRISPINUS SULP		044 <b>110</b> .			
	M. SANQUINIUS.	F Ind Dolotio				
	* M. SANQUINIUS Q. TI. SEMPRONIUS G			Sempron.		
	num. 6. C. SILIUS P. F.			-		
	P. VINICIUS M. F.			_	<b>J</b>	
	OB CIVES SERVATOS. L. MUNACI L. F. PL	In Corona Que ANCUS.	ercea.	_		
	P. VINICIUS M. F.					
	* CN. PISO CN. F. Ind. C. SENTIUS C. F. SA				III. VIR. A. A	A. A. F. F. S. C.
	C. MARCI L. F. CEN	SORINUS A	UG.			
	P. LICINIUS STOLO	. Ind. Cavotorta	·	• -	, . <b></b>	

**OB CIVES SERV** Lauri



duobus

Ramis

Digitized by Google

Regiæ ejus fores, & super eas Corona Civica, (quæ Quercea erat,) statueretur, tanquam ei, qui, & hostes vicisset, & Cives servasset, cum hoc Elogio. OB CIVES SERVATOS ut ex boc Numismate, & aliis intelligitur. OB CIVES SERVATOS. In Corona Quercea cum duobus Ramis Lauri.

- \* P. LICINIUS STOLO. M. N.
  - L. NAEVIUS SURDINUS.
  - C. PLOTIUS RUFUS.
  - P. QUINTIL. SEX. F. VARUS.
- T. QUINCTIUS CRISPINUS SULPIT. \* T. QUINCTIUS CRISPINUS. Num. Faefch.

III. VIR. A. A. A. F. F. S. C.

- M. SANQUINIUS Q. F.
- \* TI. SEMPRONIUS GRACCUS. Pat. Fam. Sempr. num.7
  - C. SENTIUS C. F. SATURNINUS. T. STATILIUS T. F. TAURUS.

### AUGUSTI CONSECRATIONES, SEU APOTHEOSES.

Romanis mos erat, ab Augusto primum institutus, deinde à Tiberio instauratus, cos consecrare Imperatores, qui superstitibus filiis, vel successoribus moriebantur, quique eo erant bonore affecti, inter Divos relati dicebantur : sic primus omnium Augustus Julium Casarem, Tiberius Augustum mortuos consecrarunt, interque Divos retulerunt. Consecrationis ceremonias, & ritus suse à Panvino descriptas leges in lib. 2. Coment. Fastorum ad A. U. C. 964.

Aur. \* AUGUSTO DEO. Figura radiata sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.

\* CUST. ÆTERNITATIS AUGUSTÆ. Templum octo Columnarum, in cujus medio duz figuræ stantes, hinc, & inde Basibus duæ figuræ nudæ, alia dextra, alia sinistra Hastam, in gradibus Templi duo Capita, Masculum, & Fœmineum. Ex Num. Arscot. tab. 16. num. 21. 22.

\* DEO AUGUSTO. Caput Aug. Laur.

\* GALLIENUS AUG. Caput Gallieni. Spanhem. fol. 417.

DIVO AUGUSTO. Caput Aug. radiatum.

CONSECRATIO. (Ara accenfa.

\* ( Aquila expansis alis . Patin. The fauro .

🔆 S. P. Q. R. Templum quatuor Columnarum, ut illud Veste, in quo Currus absque Equis. R. P. Minii. **\*** DIVUS AUGUSTUS PATER.

\* AUGUSTUS. Capricornus Cornucopiæ tenens in Laurea. Patin. Svet. fol. 139.

\* IMP. T. VESP. AUG. REST. Templum Providentia. Ex Thef. Mauroceno J. C. Bon. DIVUS AUGUSTUS. Caput Aug.

IMP. NERVA CÆSAR AUG. REST. S. C.

\* ( Aquila expansis alis fulmini infistens. Angell. f. 25. num. 36.

(In medio Nummo.

🔆 ( Ara Providentiæ. Ind. Polatio.

Fulmen alatum.

× (Globus cum Temone. Angell. f. 25. num. 35.

IMP. NERVA CÆS. AUG. REST. S. C. (Ara.

🔆 ( Globus cum Temone. Ind. Cavotorta.

IMP. NERVA CÆSAR AUGUSTUS REST. S. C. In medio Nummi. Patin. Thefaur.

\* IMP. T. VESP. AUG. REST. Aquila in Globo. M. N.

JULIA AUGUSTA GENETRIX ORBIS. Caput Livize Globo innixum. Triftan. tom. 1. f.12? \* IMP. NERVA. CÆSAR AUGUSTUS REST. S. C. In medio Nummo. Ind. Cavotorta.

DIVUS AUGUSTUS S. C. Caput Aug. Corona radiata.

CONSENSU SENAT. ET EQ. ORDIN. S. P.Q. R. Figura fedens, dextra Ramum Lauri tenens. DIVA AUGUSTA.

\* ( Caput Liviæ velatum. Angellon. f. 39. num. 18.

Caput Liviæ absque velo. Idem f. 39. num. 19.
 Figura fedens, dextra Spicas, finistra Facem, Capite laureato. M. N.
 DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Aug. in aliis laureatum, in aliis radiatum.

S. C. (In Corona Quercea.

\_\_\_\_ ( Fulmen Jovis.

Vesta sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.

(Figura militaris stans, dextram elevans inter duas alias, quarum alia sedens, sinistra Cornucopiæ tenens, alia stat cum Hasta pura, Victoria, in medio Aquila, & monstra.

 $\Rightarrow$  (Aquila Globo infidens. M. N.

44

Ar.

Victoria alata gradiens, dextra Scutum, in quo S. P. Q. R. \* ( Templum rotundum quatuor Columnarum, hinc, & inde duz Bases, quibus instant duo Tauri. Angellon. f. 25. num. 28. IMP. T. VESP. AUG. REST. S. C. Aquila. \* Aquila infidens Globo. M. N. \* Aquila expansis alis Fulmen unguibus tenens. Ind. Polatio. Victoria gradiens dextra Scutum, in quo S. P. Q.R. Pat. Ind. f. 3. \* IMP. T. VESP. AUGUSTUS REST. S. C. PROVIDENTIA. Ara, five Templum. Ind. Cavotorta. **PROVIDENT. S. C. Templum**. \* PER AUG. PROVIDENT. Templum, feu Ara. P. Cattanei. (\*) ÆTER-

(\*) DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput radiatum. IMP. T. VESP. AUG. RESTIT. S. C. PROVIDENT. Ara. M. N.

joogle Digitized by

ÆTERNITATI AUGUSTI. Templum.

- \* OB CIVES SERVATOS S. C. In Corona Quercea, quam fuftinent duo Capricorni, Globo medio. Pat. Svet. f. 139.
- \* JOVI DEO S. C. Templum . Parin. Ind. f. 2.
- \* AUGUSTUS DIVI F. Bos Cornupeta. ihidem f. 3.
- \* PROVIDENT. IMP. T. VESP. AUG. REST. S. C. Ara. ibidem.
- \* IMP. D. CÆS. AUG. RESTITUIT S. C. Aquila Globo infidens. ibidem.
  - IMP. NERVA CÆSAR AUG. REST. S. C. Ara.
- \* CIVIBUS, ET SIGN. MILIT. A PART. RECUP. Arcus, cui Quadrigze Triumphales infiftunt cum duabus hinc inde figuris, five Victoriis, Imperatore triumphante medio. Ind. Civotorta

\* DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Aug. cum Ramo Palmæ.

\* Ædificium undecim Arcubus constans, in cujus extremis consurgunt binæ Turres, supra quas, hinc currus Elephantorum, illinc Quadriga Victoriata, super alios quinque exurgunt Piramides, quarum media major est. Argellon. f. 25. num. 25.

DIVUS AUGUSTUS PATER PATRIÆ. Caput Corona radiata cum duabus Stellis.

🔆 Ara accenía. Num. Arf. ct. tab. 16. num. 18.

- CONSECRATIO S. C. × Cippus, supra quem Fulmen, ad pedes Cippi Aquila. ibidem num. 19. \* Aquila expansis alis Fulmini institens. ibidem num. 20.
- AUGUSTO DEO. Figura radiata sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam.
- ÆTERNITATIS ÄUGUSTÆ. Templum octo Columnarum
- \* DIVO AUGUSTO. Caput Corona radiata.
- \* CONSECRATIO. Aquila expansis alis. Pat. Svet. f. 146.
- 🗱 DIVUS AUGUSTUS. Fulmen.

\* IMP. NERVA CÆS. AUG. REST. S. C. Aquila infidens Globo. Oyfel. tab. 114. num. 6.

DIVO AUGUSTO S. P. Q. R. Quadrigæ Elephantorum, cum suis Ducibus, & Quadrigæ infidet Aug. dextra Pateram, finistra Hastam.

- S. P. Q. R. In Periftylio Templi.
- 🔆 TI, CÆSAR DIVI F. AUGUST. P. M. TR. PO, XXII. S. C. M. N.
- \* TI. CÆS. DIVI AUG. F. AUG. P. M. TR. P. XXIV. S. C. Ind. Cruotorta.
- \* DIVO AUGUSTO S P.Q.R. Duo Capricorni, cum laurea, in qua Scutum, in quo OB CIVES SER. \* TI. CÆSAR DIVI AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXXVII. S. C. M. N. \* TI. CÆSAR DIVI AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXXIIX. S. C. Ind. Polatio.
- 🔆 DIVO AUGUSTO S. P. Q. R. Duo Capricorni cum Temone, & Globo, lauream fustimentes, in\_ qua OB CIVES SER.
  - \* TI. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS PON. MAX. TR. POT. XVI. S. C. Num. Arfant. tab. 14. num. 23. 24
  - \* TI. CÆSAR DIVI AUG. F. AUGUSTUS PONT. MAX. TR. POT. XVII. S. C. Indice Crue torta .
  - \* TI. CLAUDIUS CÆSAR AUG. GERM. REST. S. C. Aquila Globo infidens. Oyfel. tab. 114. num. 2.
  - \* IMP. NERO CLAUD. CÆS. AUG. GERM. REST. S.C. PROVIDENT. Ara. Oyfel. tab. 114. num. 3
  - \* IMP. T. VESPASIAN. AUG. RESTITUIT S. C. Aquila fulmini instans. ibidem vum. 4.
  - \* IMP. DOMITIAN. CÆS. AUG. RESTITUIT. S. C. Aquila Globo inftans. ibidem num. 5. \* IMP. CÆS. TRAJAN. AUG. GER. P. P. REST. S. C. PROVIDENT. Ara accenta. ibid. n. 6.

\* AUGUSTO S. P. Q. R. Quadrigz Elephantorum, ut in fuperiori.

- TI. CÆS. DIVI AUG. F. AUG. P. M. TR. P. XXIV. S. C. Ind. Covotorta.
- 🔆 DIVUS AUGUSTUS PATER. Imp. fedens dextra ramum, finistra Hastam. \* IMP. T. CÆS. DIVI VESP. AUG. F. P. M. TR. P. P. COS. VII. REST. S. C. In medio nummo. Ind. Cavotorta.
- \* DIVUS AUGUSTUS PATER. Figura fedens, dextra Pateram, finiftra Haftam.
- \* TI. CÆSAR DIVI AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXIII. S.C. In medio Numano. Ind. Polatio .

\* IMP. T. CÆS. DIVI VESP. F. AUG. P. M. TR. P. P. COS. VIII. REST. S. C. In medio Nummo. P. Cattan.

\* DIVUS AUGUSTUS. Caput Aug. ante quod Palma.

\* Imperator dextra figuram habitu Parthico ornatam tenet; cui finistra ablanditur. ibidem.

### AUGUSTI NUMMI A COLONIIS, ET MUNICIPIIS CUSI.

### Colonia Julia Gemina Accitana.

ACCI. Colonia Hispania Batica non obscura, Julia Gemina dista, nunc Guadix Urbs Episcopalis, in. Regno Granatensi.

AUGUST...... Caput Aug. \* ..... S. C. I. G. A. Duo Capita fe refpicientia. M. R. P. Cattanei. AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. \* C. I. G. ACCI. Albogalerus, & Simpulus. ejustem. \* L. I. ACC. In medio trium fignorum militarium. ejusiem. \* C. I. C. A. Capita adversa Germanici, & Drusi. Schela Sponniana.

Digitized by Google

Co-

### AUGUSTUS.

### Colonia Aug. Aroe Patrensis.

PATRÆ Colonia in longissimo promontorio Peloponness condita, ex adverso Ætoliæ, & sluminis Eveni, M. passuum intervallo, ex Plinio. AROE primum dicta ab Eumelo regionis illius indigena, post PATRAS à Patreo, Agenonis nepote ampliato pomærio, tandem dispersis bellorum causa Patrensibus ab Augusto revocatis, urbeque restituta AUGUSTA, & à tribus ejus conditoribus, & restauratoribus Eumele, Patreo, & Augusto, Aroc Patrensis Augusta vocata. ex Patino.

AUGUSTI. Caput Aug. radiatum.

\* TI. CÆS. C. I. A. A. Caput Tiberii. ex Thef. Mediceo Reverendisfimus Noris.

DIVUS AUGUSTUS PATER.

\* COL. A. A. PATRENS. (Arator cum Bobus, & Labaro. M. R. P. Cattanei.

\* (Sacerdos cum Bove, & Vacca. M. N.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Augusti finè laurea.

\* COL. A. PATRENS. Figura Togata cum teffera militari, quam vehunt Boves, Thef. Theupol.

### Amifus.

An ad AMISUM Ponticam, Atheniensium Coloniam, de qua Stephanus de Urbibus, an verò ad Amisum Galatiæ Opidum, forte Romanorum Coloniam, de qua Ptolemæus, Polienus, & Plinius in epistolis referendus fit sequens nummus eruditi lectoris judicium esto.

DIVUS AUG. PATER.

\* COL. PAT. AMISU. Tria figna militaria. Thef. Theupol.

### Berytus.

### **DIVO AUGUSTO.** Caput Aug

\* COL. JUL. AUG. FEL. BER, Colonus agens Boyes. Pat. Ind. f. 2.

**DIVUS AUGUSTUS**. Caput Aug.

BER. Neptunus nudus, dextra Delphinum, finistra Tridentem, dextrum pedem imponens Prore navis, ibidem; ubi nummi egregie illustrantur ab eruditissimo Antiquario.

### Bilbilis.

Hispanie Tarraconensis Opidum in Celtiberis, Martialis Pcete Patria illustre, quod vulgus Calatajud bodie dici putat, sed mendose, ut ex Varrerio docet Abramus Ortelius in Thes. Geographico; Urbs enim Calatajud Campestri loco sita est, Bilbilis verò in monte posita fuit, unde Montem Baubala, seu Bambola medio milliari à Calatafud distantem, & à Salo flumine in orbem ferè cinctum, sedem fuisse antique Bilbilis, probabilibus conjecturis affirmat ex. Augustino, & eodem Varrerio Ortelius.

\* AUGUSTUS DIVI. F.

\* BILBILIS. Figura equestris decurrens cum Framea. M. R. P. Cattonei.

\* MU. AUGUSTA BILBILIS M. SEMP. TIBERI, L. LICI VARO. Circum Coronam, querceam, in qua II. VIR. eiusdem.

\* AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ.

\* MU. AUGUSTA BILBILIS. L. COR. CALIDO. L. SEMPR. RUTILO, Circum Coronam

querceam, in qua II. VIR. ex Thef. Mediceo Reverendisfimus Noris restituit.

\* M. SEMP. TIBERI. L. LICI VARO. Circum lauream, in qua II. VIR. Patin. Ind. f. 2.

AUGUSTUS: Caput Aug. BILBIEIS. Figura equestris decurrents cum Framea. Pat. Ind. f. 2.

BILBILIS. Caput Augusti.

\* ITALICA. Eques decurrens cum Framea, ibidem.

MU. AUGUSTA BILBILIS. Eques decurrent cum Hafta.

\* M. SEMP. TIBERI. L. LICI. VARO. Circum Coronam querceam, in qua II. VIR. ex Thef. Mediceo Reverendiffimus Noris reft.

### Cælar-Augusta.

CÆSAR. Caput Augusti.

\* C. A. ( In Corona laurea. Patin. Ind. f. 2.

🔆 ( In Corona ex Ramis lauri, & navium rostris compacta. M. N.

DIVI F. Caput Aug. cum lituo.

CÆSAR AUGUSTA II. VIR. Coloniæ deductæ Typus.

AUGUSTUS DIVI F. Caput laur., in aliss inter Lithum, & Simpulum.

\* TIB. FIANO, FABIO GER. II. VIR. C. C. A. Taurus . ex Thef. Mediceo Reverendisfimus

Norts . + 1 \* CÆSAR AUGU. MAN. GRANIO. ITER. L. TITIO II. VIR. Boves ad Aratrum. ibidem \* CÆSAR AUGUSTA. ( L. CASSIO. C. VAL. FEN. II. VIR. In Corona quercea, ex Thef. Mediceo Reverendis. Noris restituit ... 🔆 ( L. CASSIO C. VALER. FEN. II. VIR. ( Eodem Typo. P. Cattanei. 🔆 (Sacerdos agens jugum Bovum. Patin. Ind. f. 3. \* ( Q. LUTAT. M. FABIO II. VIR. Colonize deductze Typus. ex Thef. Medic. Reverendissimus Noris rest. \* ( M. PORCI. CN. FAD. II. VIR. Labarum basi infistens. P. Cattanei. \* ( . . . RIO. ITER. L. . . . T. . . . IT. II. VIR. Arator cum Bobus. eju[dem. \* II. VIR. Coloniæ deductæ Typus. TIB.

Digitized by Google

#### U **U S**. U G S Т Α

\* TIB. CLOD. FINO PRÆF. GERMAN. L. JUVENT. LUP. II. VIR, C. C. A. Taurus in medio, ex Thef. Medic. Reverendi/simus Noris rest,

PRÆF. GERMAN. LUPERCO C. C. A. Taurus in medio.

IMP. DIVI F. Caput Aug. cum lituo.

Q. MAXIMO ITER. LINO II. VIR. CÆSAR AUGU. Sacerdos agens jugum Bovum, IMP. AUGUSTUS TRHB. POTES. XIV.

🔆 M. PORCI. CN. FAD. II. VIR. CÆSAR AUGUSTA. Colonus agens jugum Bovum. Patin. Ind. f. 3.

COS. XI, DES. XII.

CAESAR AUGUSTA VERRIO II. VIR.

IMP, AUGUSTUS TRIB. POTEST. XX.

CN. DOM. L. DO. M. AUR. C. VET. L. AUG. III. VIR. CAES. AUGUS. Bos.

CN. DOM. IMP. C. VET. LANG. II. VIR. CAES. AUGUS. Sacerdos agens jugum Bovum. Caput Aug. laur. ante quod manus expansa, \* M. VETTIACUS CATO II. VIR. C. C. A. Duo signa manipularia, in quorum medio Aquila.

legionaria. Spanhem. f. 120.

**DIVUS** AUGUSTUS PATER.

\* SCIPIONE, ET MONTANO II. VIR. C. C. A. Fulmen alarum. Patin, Famil. Cornel. num. 48. CAESAR AUGUSTA

M. FABI.... II. VIR. Duo Boves cum aratro, & Colono.

\* M. FABRIC. ORTATI II. VIR. CAESAR AUGUSTA. Colonus agens Boves. Oyfel. tab. 31. num. 13.

DIVUS AUGUSTUS. DIVI F.

\* FAVINIO ITER. TITIO. II. VIR. COL, CAES. AUG. Boves juncti. Thef. Theupol.

Calaguris.

CALAGURIS, qua Livio Ciligurium, nunc Calahorra. Civitas Hispania Tarraconensis in Vasconibus collocata, Municipium Calaguris Julia appellata.

IMP. CAESAR AUGUSTUS, Caput Aug.

\* C. SEMP. P. ARI. II. VIR. MU. CAL. I. Taurus, ex Thef. Mediceo Reverendiffimus Noris.

AUGUSTUS MU. CAL. JULIA. Caput Aug. laur. \* L. BAEB. PRISCO. C. GRAV. BROC. II. VIR. Taurus. ex Thef. Medic. Reverendifimus Noris

AUGUSTUS MU. CAL. I. Caput Aug. laur.

\* L. PRISCO. C. BROCCO. II. Caput Tauri, hinc & inde II. VIR. ibidem.

IMP. AUGUS. MU. CAL. Caput Aug. finè laurea.

\* L. BEBI. C. ATESTI. II. VIR. Taurus in medio. ex Thef. Medic. Reverendiffimus Noris reft. IMP. CÆSAR AUGUSTUS PATER PATRIÆ.

\* SEMP. BARB. Q. BAEB. FIL. AVO. II. VIR. M. CAL. I. Taurus. ex Thef. Medic. Reverendi//imus Noris

IMP. AUGUST. PATER PATRIÆ

\* L. VALENTINO I. NOVO II. VIR. MU. CAL. I. Tanrus in medio. ex codem Thef. restitutus à Reverendistimo Noris.

\* M. LIC. CAPEL. C. FUL. RUTIL. II. VIR. M. C. I. Taurus. ex codem Thefauro.

MU. CAL. JUL. Caput Virile.

\* C. MAR. CAP. Q. URSO II. VIR. Taurus in medio. ex codem The fouro Reverendiffonus Noris . . . . . . re(t.

M. PLAET. TRANQ. URSO II. VIR. Taurus.

M. PLAET. Q. URSO II. VIR. ITER. Taurus.

\* M. PLAET. TRANQ. URSO II. VIR. ITER. Taurus M. R. P. Cattanei.

MUN. CAL. II. VIR. Caput Virile fine laurea.

\* Q. ANTONI. L. FABI. Taurus in medio. ex Thef. Medic. Reverendiffimus Noris reft.

\* L. BAEB. PRISCO. C. GRAV. BROC. II. VIR. MU. CAL. JULIA. Bos. D. Magnavace.

Carthago.

Emula quondam Romani Imperii, à Scipione Africano deleta, fuis ruinis diu jacuit, tandem A. U. C. 725. Augustus Coloniam deduxit.

\* C. C. N. A. T. MANLIO. C. PETRONIO II. VIR. Quatuor figna militaria, Schede Sponniane. COLONIA CARTHAGO NOVA AUGUSTA. Explicat eruditiffimus idem Sponnius.

### Cartza, quz & Cartheja.

Olcadum olim Caput, ab Argantonio condita, Urbs Hispaniæ Bæthica extra fauces fræti Herculei, nunc su

ruinis (post annum Christi 1344. quo à Mauris, quorum regia fuit recuperata ab Hispanis) prorsus jacens, vin nomine Algezera retento, ut ex Morali Ferrarius in Lexico Geographico.

CÆSARI AUG. IV. VIR. CART. Temon.

\* GERMANICO, & DRUSO. Caput muliebre Turritum, cum Temone. ex Thef. Mediceo Reverendissimus Noris.



Co-

Corinthus.

AUGUSTUS CORINT. Caput Aug. \* P. ÆBUTIO. C. JULIO HERAC. II. VIR. QUI. ITER. In Laurea. Patin. Famil. Æbutia. num. 1.

CÆSAR AUGUST. Caput Aug.

\* M. BELLIO PROC. .... II. VIR. COR. Pegafus alarus. Patin. Ind. fol. 3.

CORINT. Caput Aug. \* P. ÆBUTIO. C. JULIO HERAC. II. VIR. QUI. ITER. In Laurea. Patin. Famil. Æbutia. num. 2.

\* L. ÆBUTIO. . VIR. Prora Navis. Ibidem.

\* COR. II. VIR. Templum. Patin. Ind. fol. 3.

CÆSAR CORINT. Caput Aug.

\* C. L. Caji, & Lucii Capita in prospectu. Thef. Theupol. DIVUS AUG. D. F.

\* FURIO LABEONE II. VIR. COR. Templum. Thef. Theupol.

### Ebora,

A Plinio, & à Nummis Liberalitas Julia nominata, nunc Evora dicta Urbs Lusitaniæ præcipua, ad quam referendi Nummi, cùm alias in Hispania quinque Urbes Eboræ nomine recenseat Ortelius in Thesauro Geograpbice.

PERMISSU CÆSARIS AUGUSTI. Caput Aug. finè Laurea.

\* LIBERALITATIS JUL. EBOR. Flagellum, Urceolus, Patera, Simpulum. Ex Thef. Med. Reverendifimus Noris.

PFRMISSU CÆSARIS AUGUSTI P. M. Ut fupra.

\* LIBERALITATIS JUL. EBOR. Simpulum, Patera, Afpergillum, Przfericulum. M. R. P. Cattanei.

### Emerita.

AUGUSTA EMERITA Urbs Lusitaniæ ampla olim ad Anam sluvium in Extremadura, nunc Merida ab Augusto condita A. U. C. 729. Veteranis ad incolendum tradita, & Colonia Augusta Emerita dicta. Ex Dione lib. <2.

IMP. AUGUST. TR. P. XIIII.

COL. AUGUSTA EMERITA. Portæ Emeritæ Coloniæ inter binas Turres.

PERM. CÆSARIS AUGUSTI. Facies pueri grandior.

\* EMERITA. Vir Boves ad aratrum agens. Ex Thef. Med. Reverendissimus Noris.

PERMISSU CÆSARIS AUGUSTI D. D. Caput grande barbarum in prospectu.

\* PERMISSU CÆSARIS AUGUSTI EMERITA. Pons duorum Arcuum, & duarum Turrium. M. R. P. Cattanei.

**PFRMIS.....** RIS AUGUSTI. Caput deforme in prospectu.

\* EMER. AUGUSTA. Colonus agens Boyes. Ejuídem.

DIVUS AUGUSTUS CÆSAR.

COL. AUGUSTA EMERITA. Castra. Patin. Ind. fol. 3.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Aug. in aliquibus fupra verticem fydus, ad occiput fulmen. habens.

\* COL. AUGUSTA EMERITA. Porta Urbis turrita. Ex Thef. Med. Reverendisfimus Noris.

\* AUGUSTA EMERITA. (Castrum. Spanhem. fol. 395.

\* (Pons duorum Arcuum, & duarum Turrium. M. R. P. Cattanei.

Digitized by Google

### Ergavica.

Celtiberorum in Hispania Tarraconensi Civitas, bodie Alcaniz, quam Municipium Romanorum suisse nos docent Nummi.

AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. Laur.

MUN. ERCAVICA. Taurus.

### Ilerda.

Hispaniæ Tarraconensis Urbs, nunc Lerida dicta, inter duo slumina Sicorim, & Cingam paulo infra confluentia, Romanorum Municipium, celebre bello quod circa ipsam Jul. Cæs. gessit cum Afranio, & Petreje Pompei legatis.

IMP. CÆSAR DIVI F.

\* MUN. ILERDA. Lupi effigies. Ex Thef. Med. Reverendisfimus Noris.

🔆 IMP. AUGUSTUS DIVI F.

\* MUN. ILERDA. Eodem Typo. ibidem.

IMP. AUGUST. DIVI F.

\* MUN. ILERDA. Lupa gradiens. Patin. Ind. f. 2.

Ilipa.

Urbs Hispaniæ Bæticæ, Plinio lib. 3. cap. 1. ILIPA, cognomine Italica dicta, cujus & Livius meminit initio lib. 35. In libris Conciliorum Elepla dicta, nunc verò Niebla,

ILIPENSE, vel ILIMENSE, vel ILIMENZE. Pifcis, supra quem dimidiata Luna.

Spica magna per transversum, absque alia inscriptione.

Hunc Nummum omnium primus protulit Antonius Augustinus dialog. 8. legens ILIBENUM, quod sibi oppidum ignotum fatetur, Occo noster legit ILIPENSE, ac priores litteras detritas putans PHILIPENSE reposuit. Goltius in tab. 25. Græciæ legit OILINENSE, eundem Nummum ad Urbem Thraciæ Philipopolim referens, denique Spanhemius diser. 2. cum Occone Philipense dicendum arbitratur, ac spectare ad Philippos Opidum Macedoniæ. Horum tamen errores deprehendit Reverendissimus Noris, (cui omnia ad hunc Num-

Nummum spectantia debes erudite lestor ) singulari beneficio Serenissimi Magni Etruriæ Ducis COSMI III. qui cum copiosissime 13m. Veterum Numismatum Gaze nuper sibi ex Hispania transmisse eidem perlustrandi facultatem dediffet, ejus generis Nummos primæ magnitudinis duodeviginti, mediocres tres, ac minimos duos observavit, in quibus uti penes Augustinum, & Golzium in antica parte Piscis cum Lunula superius visitur, ac in medio Nummi legitur ILMENSE, & in quibussam subtus A. in pestica verò grandior Spica exprimi-tur. Itaque Nummus est ILIPÆ in Bœtica percussus, Urbs vetus Hispaniæ Livio, Plinio, & Straboni nota; in Gruteri vetustis inferiptionibus pag. 1026. num. 2. legitur epitaphium, Valeriæ, Domitiæ, Cledianæ ILIPENSIS EX PROVINCIA BETICA, & pag. 246. num. 7. Trajano Augusto dicat Epigramma MUNI-CIPIUM INLIPENSE. Porrò in laudatis Nummis pro P Latino visitur II Gracorum

Urbs bæc fita erat ad Bætim inter Cordubam, & Hispalim, à qua millia passium XXIV. distabat. Gothi Hispania occupata Eliplam cam dixere, quam Saraceni postea evertére; Hujus Urbis Episcopi in Toletanis Concilius passim memorantur . Omnia ad verbum Reverendissimus Noris.

### Illici, fivè Illice.

Urbs maritima in Hispania Tarraconensi ad Sorabim fluvium, nunc Alicante quibusdam, ex qua Sinus Illicetanus Golfo d'Alicante, aliis Elchz. Colonia hæc Immunis à Plinio dicitur, Augustaque ab Augusto denominata.

AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. Laur.

- Templum cum literis, inter Columnas C. I. IL. A. In Templi frontispicio legitur JUNONI, circum Nummum MONT. II. VIR. Q. Q. PAPIR. CAP. Q. TER. Ex Thef. Med. Reverendissimus Noris.
- L. MANIO T. PETRONIO II. VIR. Signa Cohortium cum Aquila legionis, & literis C. C. IL. A. mediis . Quas fic interpretatur Reverendiffimus Noris, Colonia Cæfaris Illice Augusta. Ex Thef. Mediceo.

### Incerta ...

Nummos omnes Coloniarum, in quibus Duum Virorum tantum nomen legitur, nulla Colonia adscripta mentione, in classem unam redegimus, Incertorumque appellatione signavimus, quos æqui bonique consulat Eruditifimus Lector.

IMP. CÆSAR. Colonia deducta. Aut.

Æ.

AUGUSTI. Caput Apollinis specie prolixos capillos habens.

- AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. Laur.
- \* NTION. . . . C. II. VIR. Signum Cohortis, Duz Aquilæ legionariæ, & fignum Manipulare erecta. M. N.
- \* C. VARRUS SEX. JUL. POL. II. VIR. Q. .... ut in Patin. fol. 32. fed varia. Musai Correrii. APALUS. II. VIR. Taurus.

C. SULPITIO L. CELSO D. LÆLIO BALBO II. VIR. Taurus.

- \* C. VAR. RUF. SEX. JUL. POL. II. VIR. Q. Capeduncula, Aspergillum, Securis, Albogalerus. Ex Thef. Med. Reverendisfimus Noris reft.
- \* M. POSTUM. ALBIN. L. PORT. CAP. II. VIR. Q. Taurus. Ex codem Thef. restitutus.

T. CRISP. VALERIANO M. SERVIL. L. CÆSON. II. VIR. Tauras.

- \* C. VARRUS SEX. JUL. POL. II. VIR. Q. Capeduncula, Flagrum, feu Aspergillum, Securis, Albogalerus. M. R. P. Cattanei.
- \* L. CASSIO. C. VALERIO II. VIR. In Corona quercea. ejusdem.
- CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug.
- \* VIPSANIO AGRIPPA II. . . . . Pegafus. Mufei Correrii.
- \* Q. TERENTIO CULLEONE II. VIR. Caput Laur. Patin. Fam. Terentia mem. 6.

AUGUSTUS. C. VIBIO CELSO. Caput Aug. in Corona Laurea.

- SEX. CETHEGO Q. POP. SECUNDINO II. VIR. Bos.
- AUGUSTUS. Caput Aug.

SEX. POMPEJO T. CEL. L. COR. MES. II. VIR. Bos.

Sacerdos agens jugum Bovum. M. N.

AUGUSTUS IMP. Caput Aug.

EFRENE. II. VIR. Colonus agens jugum Bovum.

C. LU. CAND. . . II. VIR. Taurus in medio.

IMP. CÆSAR AUGUSTUS.

L. CORNIFICIO. N. CELSO. C. CENSORINO II. VIR. Bos.

S. PCMPEJO. T. CEL. L. COR. MES. II. VIR. Bos.

- PERM. CÆS. AUG. Caput Aug.
- \* C. A. L. V. E. R. Aquila legionaria inter duo figna Cohortium. M. R. P. Cattoner.
- Caput Aug. absque Inscriptione.

\* Labyrinthus absque Inscriptione, ejusdem.

CÆSAR AUGUSTUS TR. POT.

C. ATEI. CAPIT. C. PONTIO. P. OREST. II. VIR. Taurus.

AUGUSTUS DIVI F. COS. IX. IMP. VIII. Caput Aug. cum Corona.

L. BAEBIO PRISCO C. GRAV. BROC. II. VIR. Taurus.

AUGUSTUS P. P. COS. X. Caput Aug. P. OREST. C. PONTIO, C. SULPICI II. VIR. Taurus. CÆSAR AUGUSTUS TRIB. POT. IX. COS. XI. Caput Aug. P. QUIN. VARO. M. TITIO. L. COR. BALBO II. VIR. Taurus. IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS COS. XII. Caput Laur. L. POMPON. Q. ATHERI, C. CÆCIN. II. VIR. Bos. \* G. POMPEJO. DOMIT. II. VIR. Taurus. Thef. Theupol. Caput Aug. fine epigraphe. \* LIVINEI. CAL. PRO PR. S. C. Elephas. Thef. Theupol. (\*) Ca-N

(\*) Capur Augusti finè epigraphe. C. HEJO POLLIONE TER C. MUSSIDIO PRISCO II. VIR. In Laurea. D. Magnavace.

Digitized by Google

Caput Ang., & nota X.

\* ANTONIO PETRONIO H. VIR. Labyrinshus. Thef. Theupol.

DIVUS AUG. D. F.

\* MONT. II. VIR. PAPIRIO. C. A. . . . Templum, in cujus liminari JUNONI . Thef. Theupol. AUGUSTUS P. M. TR. POT. XII. P. R. II. VIR. Caput Aug. laur.

C. BALBO L. PORTIO. Taurus.

AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ.

\* .... LUCIO VARO .... II. VIR. Fulmen Trifulcum. M. R. P. Cattanei. \* C. DOMIT. L. POM. .... II. VIR. Taurus. ex Ind. Polatio.

IMP. C. D. F. A. P. M. P. P. Caput Aug.

\* P. P. D. D. In medio Nummo, circum, P. D. V. S. P. II, VIR. C. J. C. P. M. R. P. Cattancia Forte COLONIA JULIA CALPE addita littera A.

IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XXI.

C. SULPITIO L. CELSO. D. CÆLIO BALBO II. VIR, Bos.

DIVUS AUGUSTUS PATER. C. A. I.

\* PERM. AUG. PROVIDENT. Ara. M. R. P. Cattanei.

DIVUS AUGUSTUS.

VICTORIA AUG. CAPIT. RO. ITER. Thef. Theupol.

Colonia Julia.

Galliæ Togatæ Urbs in via Claudia in Agro Parmensi, Plinio Fidentia dieta, hodie à Sancto Donino, qui ibidem martyrio coronatus fuit Borgo S. Donino dista,

IMP. CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug.

\* COL. JUL. Colonus agens Boves, Patin. Ind. f. 2.

### Julia Augusta.

Que & Augusta Vindelicorum, Vindelicie Urbs ad Vinde & Lici fluminum confluentiam. Ex veteri in fcriptione Coloniam Juliam Augustam dictam docuit Eruditissimus bujus Urbis Civis, & decus Marcus VV elferus, nunc Augsburg dicitur.

Aur. IMP. CÆSÁR. AUG. PON, MAX, TR. POT. XVI. COS. XI. IMP. XIV.

TI. SEMP. T. F. GRACCUS II. VIR. ITER, COL. JUL. AUG. EX S. C. Sacerdos agens jagum Boyum.

DIVUS AUGUSTUS. Caput Aug. laur. Æ.

\* COL. JUL. AUG. Boves juncti. Thef. Theupol.

Julia Celfa.

Opidum olim llergetum, nunc Vicus Hispaniæ Tarraconensis, apud Iberum sluvium, communiter XELSA dicitur, Moralis tamen, cui & Ant. Augustinus accinit, putat Celsam non fuisse ubi nunc est Xella, sed ubi aliud opidum Vililla dictum, à Xelfa leuca distantem. Antiquis Colonia Julia Victrix Celfa dicta est.

AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. laur.

\* L. BACIO. MU. FESTO. II. VIR. C. V. I. CEL. (In medio Nummo. M. R. P. Cattanei. \* ( Bos. ex Thef. Medic. Reverendiffimus No-

ris reft.

\* L. BUCCO II. VIR. C. V. I. CEL. Taurus. ex Thef. Med. idem. L. SURA, C. V. . . BUCCO. II. VIR. C. V. I. CEL. Taurus. M. N.

\* SEX. POMP. ..... AUSA C. VI. CEL. Circum Coronam querceam, in qua AED. ex Thef. Med. Reverendissimus Noris.

🔆 C, I. C. Infignia cohortium. Idem.

AUGUSTUS. C. V. I. CELSA. Caput Aug. in laurea.

L. CORN, TERR. M. JUN. HISP. II. VIR. Taurus in medio, ex Thef. Med. Reverendisfimus Noris reft.

L. CORN, TERREN. M. JUN. .... II. VIR. Taurus ut superior.

O. POMP. SECUNDINO SEX. CETHEGO II. VIR. Taurus.

IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS COS. XII. Caput laur.

CN. DOMITI C. POMPEJO II. VIR. C. V. I. CEL. II. VIR. Taurus in medio, ex Thef. Med. Reverendissimus Noris reft.

COL. V. I. CEL. Taurus. ibidem.

COL. V. I. CELSA II. VIR. Caput Augusti.

\* L. POMPE. BUS. L. CORN. FRONT. Taurus. ex eodem Thef. idem reftit.

🔆 M. EBUCCO L. CON, FRO. Taurus, M, R. P. Cattanei.

🔆 M. EBUCCO L. CORNE. FRO. Bos. ex Schedis D. Magnavaca

### Julia Leptis.

Duo sunt in Africa Urbes Leptis nomine, Magna, & Parva cognominibus distincta : Hac est Magna, quam & Antoninus in Itinerario Coloniam vocat, & Augustinus Dialogo 6. ex nummis monet distam fuisse Coloniam Juliam Viltricem Leptin, nunc Napoli di Barberia vocari ex Sannuto scribit Ortelius, à Mercators verò Lebida, apud Cinyphii Fluvii ostia stam fuisse nos docet Ferrarius ex Jo. Leone.

COL. VIC. JUL. LEP. Caput muliebre galeatum.

M. FUL, C. OTAC, P. R. QUINQ, Sacerdos agens jugum Bovum. ex Thef. Medic. Reverendiffimus Noris rest,

\* P. SALPA. M, FULUI, P. R. II, VIR. Bos cornupeta. idem restit.

- P. R. II. VIR. C. V. I. L. Caput Muliebre galeatum. \* C. BALBO, C. PORTIO. Taurus, ex Thef. Med. Reverendissimus Noris, qui legit Præsectus II. Vir. Col. Victricis Julize Leptis,

In nummis hujus Coloniæ nunquam Augustos nominari Eruditissimus idem P. Noris notavit.

Digitized by Google

Tu-

# A U G U S T U S.

### Julia Traducta,

Annyua TINGIS ab crudinis bue usque credita, Mauretania Tingitana ad Franum Henculeum Urbs, fat-re vera Colonia à Romanis in ora Bæticæ condita, & JOZA, seu TRADUCTA appellata, pluribus eruditissimo demonsferenit Revenendissimus Nerie numquam satis laudato opere Coenoreph. Pilan, Dis, secunda coming viden. da, cum uebis brevitati sbudentibus non licuerit omnia proferro.

PERM. CÆS. AUG. Caput Aug.

\* JULIA TRAD. ( la Corona quercea, ex Thef. Med. Reverendiffimus Noris refs.

\* (Albogalerus, & Simpulum, M. R. P. Cattanei, \* COLONIA TR. Urceolus, Flagellum, & Lituus, ex Thef, Med. Reverendisfimus Nomie, \* JUL. TRA. Capita Caji, & Lucii fe respicienția, en Schedis D. Magnovaca,

PERM. AUG.

1

\* JULIA TRAD. In Corona quercea, M. R. P. Cattanei.

### Julia Octavia.

Colonia Julia Octavia nullam apud Auctores mentionem invenio, Solus Plinius lib. 3, cap. 4. describens Gal liam Narbonens m, meminit Colonia Octaviorum, his verbis, In Ora autem hac Athenopolis Massiliensium, Forum Julii Octavianorum Colonia, que Pacensis appellatur, & Classica. An verò ad hanc referendus sit nummus ( ut ego existimo ) eruditi Lectoris judicium esto.

IMP. AUGUST. TR. P. XIV. Caput Aug. laur.

COL. JUL. OCTAV. Sacerdos agens jugum Bovum.

#### Italica.

Controversum est inter Neotericos Cosmographes, an ITALICAE Municipium fuerit ubi nunc est Sevilla la. Vieja, an verò ubi Alcala del Rio, certum tamen verumque est Urbem fuisse Hispania Batica ad Batim, Municipium à Scipione Africano conditum, aum rebus in Hispania compositis de reditu in Italiam cogitaret, omnibus vulneratis in una Urbe collocatis, eaque ex ipsorum Patria Italica dicta; Postmodum Patria Trium. Augustorum, & quidem inter maximos Trajani, Hadriani, & Theodofii Seniaris, Silii quoque Poëta natalibus illustris.

AUGUSTUS DIVI F, Caput Aug.

ITALICA. Figura equestris decurrens cum Framea.

PERM. AUG. MUNIC. ITALIC.

\* GEN. POP. ROM. Figura stans, dextra Pateram, ad pedes Globum, M. R. P. Cattanei. DIVI F. D. D. Caput Aug

\* PERM. DIVI AUG. MUNICI. ITAL. Miles Armanus. Thef. Theupol.

### Nemsulum.

IMP. DIVI F. P. P. Duo Capita adversa unum laureatum, aliud absque laurea. COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus.

IMP. DIVI F. Duo Capita ut superiora.

K COL NEM. Crocodilus Palmæ alligatus, M. N.

Caput Galeatum.

\* NEM. COL. ( Dea stans arrectos pascens Colubros, Patin. Ind. f. 2.

\* (Olez Rami, fupra vas inversum, in laurea. Ibidem.

### Ofca.

Vergetum in Tarraconomis Hilpania Urbs, celebris Sertaris morte, nunc Hucles, Clusio teste dioitur, & Urbs Victrix Osca in nummis signatur.

URBS VICT. Caput Aug.

\* OSCA. Eques decurrens cum Framea. Patin. Ind. f. 2.

AUGUSTUS DIVI F.

\* M. QUINT...., ÆLIO, R. ... V. V. OSCA, Figura equestris cum Framea, M. R. P. Cattanei.

AUGUSTUS PATER PATRIÆ.

\* V. V. OSCA. Figura equestris decurrens cum Framea. R. P. Cattones restitut.

AUGUSTUS DIVI F. PONT. MAX. PATER PATRIÆ,

URB. VIC. OSCA, SPARSO, ET CELERE II. VIR. Equestris figura decurrens dextra Frameam

COMPOSTO, ET MARULLO II, VIR. V. V. OSCA, Ut superior,

X OSCA. Figura equestris decurrens cum Framea, Num, Arscot, tab. 7. num. 16.

Plinius, & Inforiptiones Hifrania dosent nos Cordubam Hifrania Batica opidum Coloniam Patriciam dictam, antiquis, qua nobis Cordova. Ad Batim sita est Seneca Oratoris, de Lucani Poeta natalibus insignis.

PERMISSU CÆSARIS AUG, Caput Aug. COLONIA PATRICIA, Duo figna militaria Aquila legionaria media. PERM, CÆS. AUG. Caput Aug. absque laurea. COLONIA PATRICIA, ( In Corona quercea \* ( Simpulum cum Albogalero, ex Thef. Med. Reverendifs. Noris. \* ( Lituus, Patera, Præsericulum, Aspergillum, P. Cattanei. \* ( Simpulum, & Urceus. Scheda Sponniane.

Digitized by Google

Co-

### Colonia Romulea.

Hispalis Turdetanorum Urbs in Hispania Bætica, ad Bætim fluvium, antiquis Colonia Romulea dicta est, seu ut Plinius Colonia Romulensis, nunc Sevilla dicitur.

- PERM. DIVI AUG. COL. ROM. Caput Aug. cum Fulmine, in aliis laureatum, ex Ind. Patin. f. 5.
   X JULIA AUGUSTA GENETRIX ORBIS. Caput Liviz Globo impositum. P. Cattanei.
   X DRUSUS CÆSAR. GERMANICUS CÆSAR. Capita Drusi, & Germanici adversa, ejustem.
  - \* DRUSUS CÆSAR. NERO CÆSAR. Duo Capita adversa, ex Thef. Med. Reverendissimus Noris reft.

\* IMP. DIVUS AUGUSTUS. Caput Aug. laur.

\* JULIA AUG. GENET. ORB. PERM. D. AUG. COL. ROMULEA. Caput Livize infiftent Globo. Thef. Theupol.

### Segobriga.

Celtiberorum in Hispania Tarraconensi opidum, quod Iniesta nunc dici putant Mariana, & Zurita, Vaseus, Clusius, & Tarapha Sogorne, Morales verò Cabeça el Griego. AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. laur.

SEGOBRIGA. Figura equestris decurrens cum Framea.

### Tarraco.

Urbs in Hispania Citeriori, quæ ex ipsa Tarraconensis appellatur, nunc Tarragona, olim conventus Juridicus, & ingens Metropolis, hac Colonia Victrix, Julia, & Togata, Tarraco Nummis describitur.

- IMP. CÆS. AUG. TR. POT. PONT. MAX. Caput Aug. laur. \* TI. CÆSAR C. V. T. Caput Tiberii. Patin. Ind. f. 2.
- CÆSAR AUGUSTUS. C. V. T. Caput Aug.

\* C. L. . . . . Capita Caji, & Lucii fe refpicientia. Pat. Ind. f. 4.

DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Aug.

- \* C. V. I. T. ( Templum octo columnarum, cum epigraphe . ÆTERNITATIS AUGUSTÆ. P. Cattanei.
  - 🔆 ( Ara, in qua Palma enata. Patin. Thef. ubi nummus illustratur.

DEO AUGUSTO. Jupiter sedens, dextra Victoriolam.

C. V. I. T. ÆTERNITATIS AUGUSTÆ. Templum, ut fuperiùs.

Explicat hos nummos, Infignis Taciti locus lib. primo Annalium in fine, fic:

Templum ut in Colonia Tarraconenfi strueretur Augusto, petentibus Hispanis permistum, datumque in omnes Provincias exemplum.

### Colonia Toletana.

Qua, & Aug. Carpentanorum dicta fuit, nunc Toledo Urbs Hispania Tarraconensis, ad Tagum fluvium. circumfluentem.

\* P. CARISIUS LEG. PROPR. COL. TOLET. Caput Turritum. Oifel. tab. 31. num. 8.

### Turialo.

Hispaniæ Tarraconensis Urbs, Romanorum Municipium, inter Numantiam, 🕁 Iberum sluvium, Neotericis Tarrazona.

IMP. AUGUSTUS P. P. Caput Aug.

- \* MUN. In Corona quercea, sub qua TURIASO, ex Thef. Med. Reverendiffimus Noris rest. TURIASO. Caput muliebre.
- \* M. CÆCIL. SEVERO. CLA. AQUILIO. TURIASO. Circum Coronam querceam, in qua II. VIR. ex Thef. Med. Reverendissimus Noris.

IMP. AUGUSTUS PATER PATRIÆ

🔆 L. MARIO L. NOVIO. MUN. TURIASO. Circum Coronam querceam, in qua II. VIR, ex eodem

DIVUS AUGUSTUS MUN. TUR. Caput Aug. Cor. radiata.

\* TI. CÆSAR AUGUSTUS. Caput Tiberii. Schede D. Magnavace.

### Valentia.

\* VALENTIA. ( Duplex Cornucopiz. Num. Arfcot. tab. 16. num. 12.

\* ( Duplex Cornucopiæ cum lituo militari. Oifel. tab. 31. num. 6.

#### AUGUSTI UXORES.

### SERVILIA.

Publii Servilii Isaurici filia, nupsit Octaviano Adolescenti, verum postquam M. Antonio reconciliatus est Octavianus, post primo natam inter eos simultatem, militibus utriusque expostulantibus, necessitudine aliqua, amicitiam stabilire, corroborareque, repudiata fuit. Svet. in Aug.

CLAUDIA.

P. Claudii ex Fulvia filia, M. Antonii Privigna, hæc ob quandam diffensionem inter Fulviam, & Generum coortam, cum virgo adhuc esset, fuit repudiata, vide Martialem lib. XI.

SCRIBONIA.

Claudia repudiata, Scriboniam uxorem duxit, quamvis nuptam antea duobus Consularibus viris, & ex altero filium peperisset. Hæc postquam Juliam peperit Cæsari, repudiata suit ab eo, ob morum perversitatem planè intolerabilem.

JU-

Digitized by Google



### LIVIA, QUÆ ET JULIA.

Livii Drufi Calidiani filia, hanc (Scribonia repudiata) à Tib. Claudio Nerone, apud quem tum uterum ferebat, postulavit Aug., ut eam sibi uxorem concederet, quam prægnantem abduxit, dilexitque. Svet. Interrogantibus Matronis quibusdam Romanis, qua arte sibi ita benevolum Augustum reddidisset, modestia respondit, cum omnia ex ejus voluntate efficiam; unde testamento Augusti adoptata suit in familiam Juliam, nomenque Augustæ, & novo exemplo, conjux suit silia mariti, scilicet adoptione, eidem ob hoc adulabantur Romani, decreta Adoptioni Ara. vide Tac. lib. 1.

Hæc Augusto venenatas porrexit ficus, ut cunctantem in sene animam citiùs educeret. Pompon. Lætus. Superbia omnes priores sceminas longo intervallo post se reliquit, ipsaque se Tiberio Imperium dedisse serebat, ideoque non æquata modò potestate cum co regere, scd priorem ipso gerere volebat. Dion. lib. 57. Cùm è Palatio exiret magna, & gravium, & doctorum virorum multitudo eam comitabantur. Macrob. lib. 2. Satur.

Obiit anno XV. post Augusti decessium, cum vixisset annis LXXXVI. laudata in Funere à Cajo Pronepote anno Tiberii XV. A. U. C. 782. Duobus Geminis Coss.

Ar. LIVIA AUGUSTA.

DIANA LUCIFERA.

Ær. DIVA LIVIA DIVI AUGUST.

CONSECRATIO S. C. Pavo.

Ut animas Impp. ab Aquila Jovis Alite in Cælis delatas credidit Antiquitas, fic Augustarum à Pavone Junonis Avi eo deductas asservit : unde in nummis Pavo solus Confectationem Augusta designat, etsi in aliquibus in Concordia symbolum reperiatur.

S. P. Q. R. JULIÆ AUGUSTÆ. Carpentum cum duabus Mulis.

Carpentum erat vehiculum, quo Circensi Pompa Deorum tantùm, ac SemiDeorum (quorum anime in Culis erant) Imagines à Mulabus trahebantur.

\* TI. CÆSAR DIVI AUG. F. AUGUST P. M. TR: POT. XXXIIII. S. C. M. N.

DIVÆ JULIÆ AUGUSTI FILIÆ. Caput Liviæ.

\* DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Aug. Spanhem. fol. 607.

DIVA AUGUSTA. Caput Liviz, in alio velatum, in alio abíque velo.

\* DIVUS AUGUSTUS S. C. Caput Aug. Corona radiata. Angellon. fol. 39. num. 18. 19.

DIVA AUGUSTA. Figura fedens dextra Spicas, finistra Facem, Capite laureato.

Cereris habitu Livia hic expressa, ut ex Spicis, & Face.

\* DIVUS AUGUSTUS S. C. Caput Aug. radiatum. M. N.

AUGUSTA ..... Caput Juliæ velatum.

Velum divinitatis indicium Augustarum capitibus appositum ad earundem Confectationem indic. \* . . . . . . . . Caput Augusti . Pat. Ind. fol. 4.

AUGUSTA MATER PATRIÆ. Sedens.

\* . . . . . . Caput Augusti. Schedæ Sponniana.

### COLONIARUM NUMMI.

### Col. Cesar Angust.

JULIA AUGUSTA C. C. A. Mulier sedens dextra Pateram, finistra Hastam.

\* TI. CÆSAR DIVI AUGUSTI F. AUGUST. Caput Tiberii. Ex Thes. Mediceo Reverendisfimus Noris.

Italica .

PERM. AUGUSTI ITALICA. Caput Liviz. \* AUGUSTA. Figura fedens, ut Vesta. P. Cattanei.

### Col. Romulea.

8

JULIA AUGUSTA GENETRIX ORBIS. Caput Liviz Globo impositum. \* PERM. DIVI AUG. COL. ROM. (Caput Aug. cum fulmine. P. Cattanei. \* (Caput Aug. laureatum. Patin. Ind. fol. 5.

Corinthi .

REGIANO II. VIR. Caput Juliæ. \* L. FURIO LABEONE II. VIRO CORINTHUS. Templum fex Columnarum, in cujus Periftylio GENETRIX. Ex Thef. Soderm. J. C. Bon. O MAR-

Digitized by Google



### MARCELLUS. M. MARCELLI, ET OCTAVIÆ AUG. SORORIS FILIUS, AUG. NEPOS.

M. Claudius Marcellus, generofifimæ, lætiffimæque indolis adolefcens, & fortunæ, in quam alebatur, capax, Ædilitate magnificentiffimè gesta, cùm illi Juliam filiam Augustus desponsasser, velletque potentiæ, & Imperii successorem relinquere, morbo correptus decessit, non sinè suspicione Liviæ artibus mortis quasitæ, ut filiis Imperii viam aperiret, anno ætatis 24. U. C. 731. Defunctum publice laudavit Augustus, ingenti pompa in campo Martio sepelivit, ejusque nomine Theatrum dedicavit.

**Er.** Caput Juvenile absque laurea, & inscriptione, ut creditur Marcelli. \* P. LICINIUS STOLO III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. Spanhemius f. 641.



M. VIPSANIUS L. F. AGRIPPA

Cæfar, post Ventidii Triumphum, in Galliam bellico tumultu inquietam profecturus, M. Agrippam cum Imperio, & Exercitu in eandem præmittit. Agrippa Victor Aquitanos imperata facere cogit, & pacata Gallia, rebusque prosperè gestis Romanorum secundus Rhenum transmisit. Inde bello Siculo cum Sex. Pompejo universe classi à Cæsare præficitur, qui apud Mylas cum Demochare, & Papia Pompei Præsectis congressius, depressis triginta hostium Navibus, & in his ipsius Papiæ Prætoria, victor remansit. Mylas, & Tyndarida, dejectis Pompejanis, occupavit. Tandem ultimo prœlio navali ad Naulochos fortiter & strenue depugnans Pompejum vicit depressis 28. navibus, cæterisque omnibus, aut fractis, aut corruptis, hostem profligavit. Confecto bello Siculo, Cæfar, in quo præ cæteris fideli, & strenua Agrippæ opera usus suerat, eundem novo, & in eum usque diem inaudito honoris genere, Rostrata, eaque Aurea ob Victoriam Navalem Corona, & Vexillo Cæruleo donavit. Inde bello Actiaco ejus opera denuo uíus, Methone expugnata depreheníum. ibidem Bogudem Mauritaniæ Regem occidit. Triumpho Actiaco Cæfarem comitatus, Corona roftrata infignis, Vexilloque Cæruleo, ob Navalem Victoriam à Cæsare donatus, inter cæteros Equo sublimi vectus eminebat. Vir moderatus, & prudens, quantum rebus benè gestis, & gloria belli excellebat, tantum honore, & modestia Czfari ceffisse, & illustri in suum Imperatorem fide, & apud Cives suos meritorum fama contentus fuisse traditur, Augusto honestissima semper suasit, & auctor penè reddendæ Reipublicæ suisset, honoribus quoque ab illo collatis, non ad suos quæstus, aut voluptates, sed ad ipsius Augusti, & Populi commoditates usus est. Supremis fuis annis conflictatus gravi pedum morbo cum dolorem perpeti nequiret, unius Medicorum portentofa scienria, demersis in calidum acetum cruribus, morbi quidem impetum evasit, sed pedum sensu postea caruit. Moritur ætatis anno L. aut alii LI. In Campania anno U. C. 741., quem Augustus tam sua, quam Reipublicæ causa gravissime indoluit, funusque Romam delatum, ac in Foro propositum laudavit, & cineres in suum Mausolæum condidit. Unus omnium inter sic genitos felix habitus, ets felicitatem illam multis ærumnis interpellatam scribit Plin. lib. 7. vide Paterculum, Senecam, Plin. Plutarchum, Svetonium, & Dionem.

54

9

10

A.U.C. 716.

### M. VIPSANIUS L. F. AGRIPPA COS. DESIGNATUS.

COSS. Claudius Pulcher. Norbanus Flaccus.

 Ante Chriftum 37. Au. M. AGRIPPA COS. DES. In medio Nummo. IMP. CÆSAR DIVI JULI F. Caput Aug. Juvenile. M. AGRIPPA COS. DESIG. In medio Nummo. DIVUS JULIUS. DIVI F. Capita Julii, & Augusti se respicientia. Patin. Thes.
 Ar. M. AGRIPPA COS. DES. In medio Nummo. IMP. CÆSAR DIVI JULI F. Caput Aug. AGRIPPA COS. DES. AUGUSTUS DIVI JULI.

Digitized by Google

M,

M. AGRIPPA COS. DESIG. In medio Nummo.

\* IMP. CÆSAR DIVI JULI F. Caput Aug. M. N. \* DIVUS JULIUS. DIVI F. Capita Jul. Cæl. & Aug. fe respicientia. Patin. Fam. Vips. n. 2.

M. AGRIPPA. In Area Nummi.

Au.

\* DIVUS JULIUS. D. F. Capita adversa Jul. Carl. & Augusti. Ex Thy. Mauroceno 7. C. Bon. M. Agrispa Cæsareæ Classis Præsetus A. U. C. 718. Sextum Pompeium bis navali prælio vicit, ex quo IMP. II. dictus est, & Romam reversus à Cesare Corona Rostrata aurea donatus est. Corona bæc figuris Rostrorum nævium compacta erat, etiam nunc in Nummis annis sequentibus referendis conspicitur.

### M. AGRIPPA L. F. COS. IMP. III. PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S. C.

COSS. C. Julius Caf. Oltavianus III. M. Valerius Meffalla Corvinus.

Bello Actiaco Præf. Class. Cafaris Leucada, Porras, & Corynthum capit, & à Cafare, ob Navalem Victoriam Cæruleo Vexillo donatur.

M. AGRIPPA L. F. PRÆF. ORÆ MARIT. ET CLASS. Caput Agrippæ.

EX S. C. Neptunus finistra Delphinum, dextra Tridentem.

Ad indicandam Navalem de Siculis, & Sexto Pompejo Victoriam, ob quam Agrippa Rostrata Corona donatus est, pertinet bic Nummus, unde Neptam signum expression, ex Dion. lib. 49. Plinius verd lib. 16. cap. 4. fic scribit : Cedunt & Rostratz, quamvis in duobus maxime ad hoc zvi celebres M. Varrone & Piraticis bellis dante Pompejo M. Itemque M. Agrippa tribuente Cæfare à Siculis, quæ & ipfa Piratica fuere.

M. AGRIPPA L. F. PRÆF. ORÆ MARIT. ET CLASS. Caput Agrippæ Corona Roftrata. Ar.

\* EX S. C. Neptunus nudus, dextra Tridentem, sinistra Delphinum, proram Navis dextro pede proculcans. Parut. Sicil. Antiq. inter Græc. & Rom. n. 55.

M. AGRIPPA COS. II. DES. III. IMP. III.

OSS. C. Julius Caf. Othevianus VI. M. Agrippa II.

- M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DES. TER. Siciliæ Triquetræ Typus. Au. DIVUS JULIUS. DIVI F. Capita Jul. & Aug. adversa.
- M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DES. TERT. Caput Agrippæ Corona roftrata, sub quo Trique-Ar. træ figura.
  - \* . . . . . Caput Aug. Oyfel. tab. 27. n. 12.

### M. AGRIPPA COS. III. IMP. III.

COSS. Augustus VII. Agrippa III.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Agrippe Corona Rostrata. Aur.

S. C. ( Pantheon.

(Neptunus dextra Delphinum, sinistra Tridentem.

Pantheon Templum, ideo fortassis dictum, quod in simulacris Martis, & Veneris, multas Deum Imagines acciperet, vel (ut Dioni placet) quod forma convexa, dimidiati Cæli similitudinem ostenderet. Ab Agrippa hoc anno extrui coptum, dicatum verò Augusto IX. & M. Julio Sillano Coss. A. U. C. 729.

M. AGRIPPA PLATORINUS III. VIR. Agrippæ effigies. **A**T.

CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug. Imberbe.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Agrippæ, in allis laur. Æ.

S. C. Neptunus dextra Delphinum, finistra Tridentem.

\* IMP. T. VESP. AUG. REST. S. C. Neptunus stans, dextra Delphinum. Pat. Fam. Vipfan. num. 5. \* IMP. T. AUG. REST. S. C. Eodem Typo. Vaillant. tom. 1. f. 9.

- \* IMP. D. AUG. REST. S. C. Eodem Typo, Patin. Fam. Vipfan. num. 6.
- 🔆 S. C. Statua Virilis . Num. Fef h.
- \* M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Corona Rostrata.

S. C. Templum odro Columnarum, in cujus medio figura sedens. Strada f. 16.

\* CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug. Patin. Ind. f. 4.

M. AGRIPPA COS. III. IMP. III.

OSS. Augustus XI. A. Terentius Varo Murena.

**A.U.C.** 731. Ante Chri-

**A**.U.C. 727. Ante Christum 26.

Ante Coristum 30.

55

A.U.C. 726. Ante Chri-

ftum 27.

In Orientem mittitur administraturus pro Casare transmarinas Provincias.

**ftum** 22.

- M. AGRIPPA COS. TER. COSSUS LENTULUS. Caput Agrippæ Corona Rostrata. Aut.
- AUGUSTUS COS. XI. Caput Aug. laureatum. M. AGRIPPA COS. TER. COSSUS LENTULUS. Caput Agrippæ Corona Rostrata. AUGUSTUS COS. XI. Caput Aug.
- \* M. AGRIPPA COS. TER. COSSUS LENTULUS. Caput Agrippæ Corona Rostrata, circum IMP. CÆS. TRAJAN. AUG. GER. DAC. P. P. REST. Duplicato Circulo. \* AUGUSTUS COS. XI. Caput Aug. laur. Vaillant. tom. 2. f. 25.

М.



#### **M.** Α G R Ι P P Α.

M. AGRIPPA COS. TER. IMP. III.

### COSS. Q. Æmil. Lepid. M. Lollius.

Augusti filiam Juliam Uxorem ducit, & Urbi præficitur.

### M. AGRIPPA IMP. IV. COS. III.

COSS. M. Apulejus. Silvius Nerva.

Gallos tumultuantes cædit. Germanos reprimit, Cantabros penè delet, binc Triumpbus ei decretus, & Imp. IV. dictus.

Aur. M. AGRIPPA L. F. COSS. III. IMP. IV. Caput Agrippæ. IMP. CÆSAR AUGUSTUS. Caput Augusti.

### M. AGRIPPA IMP. IV. COSS. TR. P. AB AUGUSTO IN QUINQUENNIUM ACCIPIT.

A.U.C. 736. Ante Christum 17. Ar.

### COSS. Cor. Lentulus Marcel. C. Cor. Lentulus.

### M. AGRIPPA TRIB. POT. COS. TER. Caput Agrippæ.

Hoc anno Agrippa TR. P. ab Imp. Augusto in quinquennium accepit. Tacitus lib. 3. Tribuniciam Potestatem summi Fastigii vocabulum Augustus reperit, ne Regis, aut Dictatoris nomen assumeret, tamen appellatione aliqua cætera Imperia præmineret. Deinde Agrippam Socium ejus Potestatis fecit, quo defuncto Tiberium Neronem delegit, ne successor in incerto foret, sic cohiberi pravas aliorum spes rebatur.

CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug. laur.

M. Agrippa in Orientem iterum mittitur, & ab Herode in Regnum suum invitatur A. U. C. 738. Bosphoranos, mortuo Rege Assandro tumultuantes vincit, Regnumque tradit Polemoni Regi, ex quo Triumphus ei decretus, quem recufavit A. U. C. 740. TR. P. iterum in Quinquennium accipit, & in Pannoniam mittitur. A. U. C. 741. ipso Quinquatruum die festo, post scilicet V. U. Martias mortuus eft.

### NUMMI AGRIPPÆ IN COLONIIS CUSI.

### Cælar-Augulta.

Colonia Casar Augusta, qua nunc Zaragoça Aragonia Caput ad Iberum suvium sita, Immunis à Plinio vocata, ædificata ubi aliàs erat opidum Salduba.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Agrippæ Corona Rostrata. SCIPIONE, ET MONTANO II. VIR. C. C. A. Colonus agens Jugum Bovum.

### Corinthus.

Caput Agrippæ exefis literis. \* . . . M. AGRIPPA II. VIR. COR. Pegafus Alatus J. C. Bidellii.

### Nemaulus.

. Nemausus Colonia in Gallia Braccata apud Aremoricos, quam hodie Nismes vocant, sic dicta vel à Nemause Deo, vel ab Heraclide Nemauso, ut Stephano placet.

COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus cum duobus Corollis.

IMP. DIVI F. P. P. Capita adversa Agrippæ, & Cæsaris.

\* COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus cum unica Corolla.

\* IMP. DIVI F. Duo Capita adversa Czesaris, & Agrippz. Num. Fasch.

Incerta.

\* M. A. . . . . Caput ut videtur M. Agrippæ.

\* TI. TUS. . . . . . II. VIR. Coloniæ deductæ Typus. M. R. P. Cattanei.

Caput M. Agrippæ finè Corona navali.
 HENNIO PRÆT. Trophæum cum clypeis. Spanhemius f. 642.

### UXORES M. AGRIPPÆ.

### POMPONIA.

T. Pomponii Attici Filia, quæ genuit Agrippinam, Uxorem Tib. Claudii Neronis. MARCELLA.

ftum 20.

A.U.C. 733. Ante Chri-

A.U.C. 734. Ante Chri*flum* 19.

> Octaviæ majoris Augusti ex Ancharia for , & Caji Marcelli filia, decessit finè liberis.

JULIA.

Julia Augusti ex Scribonia filia pulcra, & comis, primum Marcello sororis Aug. filio Sponsa, ut ille obiit M. Vipíanio Agrippæ ab Aug. data, ex eo tres filios Cajum, Lucium, & M. Agrippam posthumum, duafque filias Juliam, & Agrippinam genuit, Agrippaque mortuo, Ti. Claudio Privigno Aug. collocavit, omni dedecorum genere contaminata fuit, nihil enim quod facere, aut pati turpiter posset fæmina infectum reliquit, magnitudinem fortunæ suæ peccandi licentia metiens, unde absente marito Ti., illam Aug. Pater in Insulam Pandatariam relegavit, quo à Scribonia Matre comitata est, A. U. C. 748. Post quinquennium in Continentem translata, ibidem inhumanitate Tiberii, rerum omnium inopia, & fame contabuit extincta eodem anno. quo Pater Augustus Fato cessit. Dio, Tacitus, Svetonius.

**OZAN.** AO<sup>2</sup>OAITHC. Caput Juliæ.

.... BIAN HPAN. Caput Liviz, Spanhemius f. 607.

Digitized by Google

CA-



### CAJUS.

Cajus Juliz Aug. F., & M. Agrippz filius Romz nascitur A.U.C. 734. Ab Augusto Avo adoptatur, & Czefar dicitur A.U.C. 737. Princeps Juventutis, & Cos. Design. post quinquennium A.U.C. 748. ProCon-fulari Imperio ad bellum Arabibus, Armeniis, & Parthis inferendum mittitur A. U. C. 753. In Syria Cos. procedit A. U. C. 754, ubi cum Rege Parthorum in Euphratis Infula, utroque spectante Exercitu coit. Parthus prior apud Cajum in Romana Ripa, Cajus posterior apud Regem in Ripa adversa epulatus est. Armeniam, quæ ad Parthos desecerat facillimè ad officium retraxit, Regemque ei præsecit Ariobarzanem. Artageram rebellem obsidens ab Addone sub specie colloquii vulneratus in Syriam redit A. U. C. 756., inde Italiam petens, Lymire in Lycia moritur A. U. C. 757. Uxorem habuit Liviam Drusi filiam Germanici fororem. Ejus acta in præclaro, neo unquam sat commendato opere Cænotaphiorum Pisanorum late laboriosèque prosequutus est Reverendiss. P. Henricus Noris Augustinianus Serenissimi Regnantis COSIMI III. Magni Ducis Hetruriz à Theologicis, & Publ. in Pisano Lyczo Sacre Scripture Interpres, (postea S. R. E. Card.) cui me plurimum debere libens merito fateor.

### CAJUS AGRIPPÆ, ET JUL. F. AB AUG. ADOPTATUR, ET C. JUL. AUG. F.CÆSAR DICITUR,

OOSS. C. Furnius. C. Junius Sillanus.

A.U.C. 737. Ante Chris stum 16.

Ær. C. CÆSAR. Caput nudum.

11

- \* JUL. TRA. Racemus Uve. Eminentifs. Noris Conotaph. Pifan. f. 86. ubi Julie Traducte Hifpania maritima Colonia originem, & situm eruditissime, & late prosequitur.
- C. CÆS. Caput Caji.
- JUL. TRA. Racemus, ut fupra. Ex Thef. Mediceo Eminentifs. Noris.
  C. L. CÆS. JUL. TRAD. Capita Caji, & Lucii oppositis cervicibus.
  \* PERM. CÆS. AUG. Caput Augusti. Rev. P. Cattanei.
  C. CÆSAR AUGUSTI F. Caput Caji.

- \* .... JUL. TRA. Racemus Uvæ. Patin. Svet. f. 115. C. L. CÆS. AUG. F. C. V. T. Capita Caji, & Lucii fe respicientia. Colonia Villrin Tarraco, Hifpanica Colonia
- \* AÚGUSTUS DIVI F. Caput Aug. Patin. ibidem. C. L.... Capita Caji, & Lucii adversa.
- \* CÆSAR AUGUSTUS. C. V. T. Caput Aug. Patin. Ind. f. 4.
- C. L. In medio duorum Capitum Caji, & Lucii se respicientium, circa qua C. SERVILIO PRIMO

 $\dots$  CHO II. VIR.

- \* AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. Patin. Svet. f. 115.
- C. L. In medio Capitum Caji, & Lucii fe respicientium, circa qua C SERVILIO PRIMO. AN-

TONIO . . . CHO II. VIR.

- \* CÆSAR DIVI F. Ex Indice Polatio.
- C. L. . . . . . II. VIR M. Capita Caji, & Lucii fe respicientia,
- \* . . . . . . . Eminentifs. Noris Cornotaph. Pifan. fol. 104.

CAJUS CÆS. PRIN. JUVENT. COS. DES. Post Quinquennium.

COSS. D. Lælius Balbus. C. Antistius Vetus.

A.U.C. 748. Ante Chriftum 5.

COSS. Augustus XIII. M. Plautius Silvanus.

CAJUS CÆS. PRIN. JUVENT. PONT. COS. DES,

A.U.C. 752. Ante Chrifum 1.

Hoe anno L. Cesar in Forum ab Aug. producitur Princ. Juvent. & Cos. designatur post Quinquennium.

COS. DESIG. PRIN. J AUGUSTI F.

VENT. Duz figurz togatz Clyp stentes cum Hastis puris, Capeduncula, & Lituo.

CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.

- C. L. CÆSARES AUGUSTI F. COS. DES. PRIN. JUVENT. Caji, & Lucii Capita adversa. CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ, Caput Aug. laur.
- C. CÆSAR AUGUSTI F. PONT. COS. DES. PRIN. JUVENT. Člypeus cum duabus Hastis per transversum, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificii.
  - L. CÆSAR AUGUSTI F. COS. DES. PRIN. JUVENT. Tripus, cum Stella, Lituo, Patera.
- At. C. L. CAESARES AUGUSTI F. COS. DESIG. PRINC. JUVEN I. Duz figura togatz Clypeis assistentes, cum Hastis puris, Lituo, & Capeduncula. CÆ-



1

# CAJUS AUG. F.

CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.

- C. CÆSAR AUGUSTI F. PONT. COS. DES. PRINC. JUVENT. Clypeus, cum duabus Haftis, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificii.
  - L. CÆSAR AUGUSTI F. COS. DES. PRINC. JUVENT. Tripus, cum Stella, hinc Lituus, inde Patera

CAJO, ET LUCIO CÆS. PRINCIPI JUVENT. Capita Caji, & Lucii fe respicientia. Ær. \* CÆSAR AUGUSTUS. Caput August. Strada f. 18.

C. L. CÆSARES AUGUSTI F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. Capita Caji, St Lucii advería, \* CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug. laureatum. Vaillant. tom. 1. f. 7.

### CAJUS CÆS. PONT. COS. PRINC. JUVENT.

### A.U.C. 754. Christi 1.

### COSS. C. Julius Aug. F. Cafar. L. Æmilius Paullus.

### Bellum gerens cum Parthis, in Syria Consulatum init Cajus Cas. Aug. F.

- C. CÆSAR AUGUSTI F. Figura equestris decurrens, dextra Sertum, sinistra Hastam, à tergo duo Ar. figna militaria, in quorum medio Aquila legionaria.
  - \* AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. laur. M. N.
- Ær. C. CÆSAR PONT. COS. Caput Caji finè laurea.
  - \* AUGUST. PONT. MAX. Caput Aug. laurearum. Vaillant. tom, 1. f. 6. \* AUGUSTUS PONT. MAX. Caput Aug. Patin. Ind. f. q.
  - \* ..... Cajus, & Lucius paludati stantes inter Ancilia. \* COL. B. A. Taurus Cornupeta. Thef. Theupol.

    - C. CÆSAR AUG. . . , Forte F. COS. S. C. Caput Caji.
    - \* ..... Caput Aug. laur. Musai Cospiani.



LUCIUS CÆSAR.

M. Agrippa, & Julia Aug. F. genitus Lucius A. U. C. 737. quo ab Aug. Avo cum fratre Cajo eff adoptatus, dictulque L. JUL. AUG. F. CÆSAR. A. U. C. 752. COS. DESIG. Post quinquemium, & Princeps Juventutis ab Avo in Forum producitur. A. U. C. 755. ad Hispanicos Exercitus transiens Massiliz moritur. Ejus integram Historiam cum fructu, & voluptate leges in przclaro opere Canataph. Pifan. Eminentis. Noris.

### L. JULIUS AUG. F. CÆSAR AB AVO ADOPTATUS.

A.U.C. 737. Ante Chri-

stum 16.

### COSS. C. Furnius. C. Junius Sillanus.

Ær. L. CÆS. Caput L. Cælaris nudum.

12

- \* JUL. TRAD. Spica. Conotaph. Pifan. fol. 92. ex P. Cattanee.
- L. CÆS. F. Caput Lucii.
- \* JUL. TRA. Racemus Uvæ, ut in superiori Caji, ex Thef. Mediceo Eminentifs. Noris.
  - . Caput absque Inscriptione L. creditum.
- \* C. ÆLIA. Spica. P. Cattanei.

### LUCIUS CÆS. COS. DES. PRINC. JUVENT.

A.U.C. 752.

ï

### COSS. Augustus XIII. M. Plautius Silvanus.

lur. & L. CÆSAR

CÆSAR AUGUSTI F. COS. DES. PRINC. JUVENT. Tripus, cum Stella, Liruo, & Patera. C. CÆSAR AUGUSTI F. PONT. COS. DES. PRINC. JUVENT. Clypeus cum duabus Ar. Hastis per transversum, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificii.

**NERO** 

Digitized by Google

- L. CÆSAR PRINC. JVUENT. Caput L. Cæf. finè Corona. Ær.
  - \* AUGUSTUS TRIB. POT. PONT. MAX. Caput Aug. laur, Vaillant. tom. 1. f. 7.
  - L. AUG. F. PRINC. JUVENT. Caput L. Cæf.
  - \* AUGUST. TRIBUNIC. POT. Caput Aug. Conotaph. Pifan. f. 164.



13

### NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS.

Nero Claudius filius Tib erii Claudii Neronis Quzstoris C. Julii Czf. Dict., & Liviz Drufille Augusta Imp. Augusti Conjugis, quam marito Augustus abduxerat, frater Tiberii Claudii Neronis Imp., non minus gloriofi, quam civilis animi, intra Penates Czelaris Augusti natus menfe tertio, posteaquam inter Augustum, & Liviam matrem celebratz funt Nuptiz. Adolescens multis, magnisque virtutibus enituit. Ingenium illius, ut feribit Paterculus, utrum bellicis magis operibus, an civilibus suffecerit artibus in incerto eft. Morum certè duleedo, ac suavitas, ac adversus amicos zqua, ac par sui existimatio inimitabilis ei suisse raditur, tum pulchritudo corporis proxima frateraz. Accepta Quzstura cum fratre Tiberio contra Rhætos misses eft; quo in bello, qua fortitudine res gefferit, sais indicat Horatius I. 4. Carm., nunc Aquile illum, nunc Leoni comparans. Videre Rhæti bella sub Alpibus Drusum gerentem, & Vindelici diu latèque vistrices Caterva, constitus Juvenis revista. Post bellum Vindelicum profectus in Gallias Censum egit, tumultuantes ob eam rem plerasque Civitates compession teritoris tesse. Germanos, qui Rhenum transserat, cecidit, quin & ipfe trajecto flumine ad Batavorum Insulam Sicambros in fuis sedibus afflixit. In Amassa, ut Auctor eft Strabo lib. 7. Bructeros navali prælio superavit. Oceanum septentrionalem primus Romanorum Ducum ingresses Frisos in deditionem accepit, Coriis aliquot Bovom, Tributi nomine impositis, ut memorat Tacitus lib. 4. in Terram tamen Chaucorum delatus, non leve periculum adiit, Navibus refluente mari in ficco destitutis, fed ope Pedestris Exercitus Frisorum fervatus evasit, Austor Dion. In Urbem reversus Prætor Urbanus fit (Paullo Fab. Maximo, Q. Ælio Tuberone Cos.)

In Urbem reverlus Prztor Urbanus fit (Paullo Fab. Maximo, Q. Alio Tuberone Cofs.) Primo Vere repetita Germania, Ufipetes, Tenchteros, Sicambros, Cartos, aliafque trans Rhenum gentes fubegit. Volenti transire Visurgim, cum penuria commeatus, cum instans hyems obsistit, etiam examen Apum in Castris conspectum Militum animos, quo minus Ducem suum sequerentur, avertit. In reditu ad Constuentem Lupiz, & Halizonis Castellum erexit, ac item aliud in Cattis juxta Rhenum, trans Rhenum verò fossa novi, & immensi operis effecit, que nunc adhuc Drusse vocantur, Suetonio in Claudio tesse. Ob eas res decresis Triumphalibus ornamentis ovans Urbem ingressus est. Datum etiam, ut denuo iturus in hostem ProConsularem Potestatem obtineret. Nam Imperatoris nomen jam exercitus tribuerat, quemadmodum, & Fratri, sed appellationis ejus numerum Augustus aliquoties auxit.

Prætura gelta, defignatus est Consul; Ut Magistratum inist A.U.C.745. cum T. Quintito Grispino multa tristia figna conspecta sunt; quibus ille contemptis in Germaniam rediit, gentes Trans-Rhenanas, Cattos, Cheruscos, Svevos, & Marcomannos perculit, ad Albim usque omnia longèque populatus. Cupienti Flumen trajicere, mulier occurrens, amplior humana specie, quò, inquit, ita session statiabilis Druse? non omnia tibi adire, & videre concession estimation of the session o

Mænia qua Drufo fata tulere Duci Ille lapfus Equo, càm crus fregisset, in armis Filius occubuit, Livia Pulcra, tuus.

NERO CLAUDIUS DRUSUS IMP. COS. TI. CL. NERONIS, ET LIVIÆ FILIUS,

COSS. Nero Claudius Drusus Germ. T. Quintius Crispinus Sulpicianus.

A.U.C. 745. Ante Cori-

Plures Germanos vicit, & mortuus, inter alios funeris bonores GERMANICUS dichus eff. fum 8.

Arr. NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP.

RHENUS. Typus Rheni Fluvii expressus.

- \* DE GERM. Arcus Triumphalis, supra quem Figura Equestris, in medio duorum Trophzorum. Patin. Thef.
- Ar. NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP.

RHENUS. Typus Rheni Fluvii.

DE GERMANIS. Labarum cum Clypeis, seu spoliis Germanicis.

- DE GERM. Arcus Triumphalis, cum duobus Trophæis, & figura Equestri decurrente.
- \* DE GERMANIS. Arcus Triumphalis, supra quem figura dextra elata Pacificatoris habitu inter duo Trophæa. Num. Arscot. T. 17. n. 19. Tro-

Digitized by Google

**Trophæa eri**gebantur hofte fugato (quemadmodum illo victo Triumphus agebatur) quæ quidem, vel in tumulo, vel colle, & locis eminentioribus struebantur, unde & in Urbibus in Arcubus ob id ipfum ædificatis collocabantur, & in his bostium arma, spolia, tela perfracta apponebantur. NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS. COS. IMP.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP. Caput Drufi.

TI. CLAUDIUS CÆSAR AUG. P. M. TR. POT. IMP. S. C. Figura fedens, dextra Ramum Lauri, finistra Sceptrum, ad pedes plura armorum genera.

- \* RHENUS. Fluvius decumbens prope Montem, dextra Arundinem, sinistra Urnam, ex qua Aquas effundit. Tristan. f. 145.
- \* S. C. Spei Typus. Pat. Svet. f. 180.

\* IMP. CÆS. TI. DIVI VESP. F. AUG. P. TR. P.P.P. COS. VII. REST. S. C. In medio Nummo . Ibid.

\* T. DIVI VESP. F. AUG. P. M. TR. P. COS. VIII. REST. S. C. Arcus cum spoliis Germanicis, figura Equestri, & duobus Trophæis, in Peristylio DE GERM. Pat. ibid.

\* CÆSAR AUG. F. DOMITIAN. COS. V. REST. S. C. DE GERM. In Perifylio Arcus, ut fuperius. Ibidem.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERM, IMP. S.C. Arcus Triumphalis, cum figura Equeftri, hinc inde Trophæum.

TI. CLAUDIUS CÆSAR, AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Claudii.

\* IMP. T. CÆS. VESP. F. AUG. P. M. TR. P. P. COS. VIII. RESTIT. S. C. Spanhem. f. 644: **NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP.** Caput Drufi Neronis.

\* TI. CLAUDIUS CÆSAR AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. Figura infidens spoliis, ut in aliis. Ind. Covotorta.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP. S C. Arcus, in cujus fummitate fpolia Germanorum, in medio Drusus Eques, in cornubus singulis, singula Trophæa,

\* TI. CLAUDIUS CÆSAR AUG. P. M. TR. P. IMP. Caput Claudii fine Corona'. Ibidem.

Drusi Germ. Nummi, quibus Ti. Cl. Imp. nomen, aut effigies inest, à Ti. Claudio filio in bonorem Patris Neronis Cl. Drusi Germanici cusa sunt, post adeptum ab eodem Ti. Claudio Imperium. ad renovandam Altorum, & Villoriarum paternarum memoriam. Nummi verò restituti à Ti. & Dom. corundem in Neronem Drusum amorem, & obsequisme.

teftantur .

The second se

e a transfer 🛃 🖉 👘 🖓

·, · · · ·

· · · ·

the survey where you

•

the second s

e e ser e sur la constance

Story and some provide the second sec

 1

· 1

1

ł

- ]



# ANTONIA DRUSI GERM.

Antonia M. Antonii III. Viri, . & Octaviæ Majoris fororis Augusti filia, uxor Drusi, formina honestillima, & continentillima,, ob temperantiam, castitatem, fidem, amorem in virum, charitatem in nepotes, humanitatem in amicos, maximam laudem meruit, abstemia fuit, nunquam spuit. Mortuo marito nulli amplius nubere voluit, sed cum Socru Livia dormire consuevit, codemque lecto fruens vidua consenuit, super quo Drusus Juvenis interierat : mandem veneno à Cajo Nepote necatam afferunt ; alii mœrore confectam icribunt, oum se defertam ab illo, contemptamque videret.

Aur. ANTONIA AUGUSTA. Caput Antoniæ.

SACERDOS DIVI AUGUSTI. (Figura muliebris, dextra Hastam, sinistra Cornucopiæ.

(Duz Faces, cum Corollis, que Aug. Divinitatem designant, Ridentur, hi Nummi à Cajo in bonorem Avie percussi, nam in Aviam Antoniam multa pietate usu est, banc Augustam statim, & Sacerdotem Divi Aug. fecit, omnesque Vestalium bonores eidens tribuit, quod testantur Faces æterni ignis à Vestalibus servatæ, & in Nummo cusæ, ni forte cas referre velis ad morem Romanarum Matronarum, que sacrificature, faculas circa Aram ferre solebant, ut testatur Servius ad illud 4. Eneid. Virgil. Intenditque locum sertis, quod spectat ad fersa; quibus faces he ornanpar.

\* CONSTANTLÆ AUGUSTI. Figura muliebris, dextra Facem oblongam, finistra Cornucopiz.

60

WARDER , Bee &

. . .

٩

in the second provide the second

កម្មរាល់មិនដែររអង្គ័ង ក្លានការនេះ នេះ រដ្ឋារ

Concerning the second second

Comparison (1997)
 Comparison (1997)<

we get had promition in the de-

nition calma and go the Works of the even of the second second second second second second second second second

in engle en er station y servineÖβ, πτ.β

- Pat. Syst. t. 148.
- \* CONSTANTIÆ AUGUS. Figura muliebris Sellæ infidens, dextram elevans. Vaillant. t. 2. f.28. Constantia verò fymbolo cusa Aur., & Arg., ut & Ærea cum Ti. Cl. Imp. nomine, ab eodem in. Matris bonorem fignata existimo, cum & peculiare Ti. Cl. symbolum sit illud Constantia, & nomen ejusdem in Æreis sculptum, testis bic omni exceptione-major.
- ANTONIA AUGUSTA. Caput Antonia. Ar.
  - \* SACERDOS DIVI AUGUSTI. (Duze Faces erectz, cum Corollis.

\* (Lectisternium. P. Cattanei.

- \* CONSTANTIÆ AUGUSTI. Figura muliebris dextra Facem oblongam, finistra Cornucopiz. Pat. Svet. f. 148.
- \* CONSTANTIÆ AUGUST. Figura muliebris Sellæ infidens, dextram elevans. Vaillant. Tom. 2. f. 28.
- ANTONIA AUGUSTA. Caput Antoniæ. Ær.
  - TI. CLAUDIUS CÆSAR AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. Figura velata stans, dextra-Simpulum.
  - \* TL CLAU. CÆ. AUG. P. M. TR. P. In Laures. Vaillant. Tom. 1. f. 13.

TI-

Digitized by Google



### T I B E R I U S.

Tiberio genus utrumque ex Claudiorum Gente Patritia fuit. Is Rome nascitur (1) M. Æmilio II. & L.Muhatio Planco Cofs. Patre Tiberio Claudio Nerone, Matre Livia Drufilla Augusta anno Orbis 3923. U. C. 711. ante Christum 42. Patritio, ut dictum, genere natus, liberaliterque educatus, ingenii tamen peculiaris, & fubdoli fuit, mores privati quales fuerint fignificanter oftendit descriptio Theodori Przceptoris, cum nominavit eum lutum fanguine maceratum. Fuit enim ei natura infuavis, ironica, & fævitiem aliquantifper occultans, impura tamen, fæva, & lupina; Quandiu verò sub Augusto in Imperiis egit, egregii nominis, famæque suit. Præter Quæsturam, quam anno ætatis XXI. capessens, obivit, Coss. duos gessit, accepta etiam Tribunitia Potestate in Quinquennium; Interea Regnum Armeniz Tigrani restituit : Signa, quz Crasso ademerant Parthi, recepit. Bella maxima tria gessit, Rhæticum, Pannonicum, & Germanicum; De quibus, & Ovationem, & Triumphum retulit : Primus quoque Triumphalibus ornamentis honoratus. Imperium ætatis anno LVI. fenex, & cæcutiens ingreffus eft. Uxorem duxit Juliam Augusti filiam. Drusum fratrem amisit in Germania: Ipsum post C. ac L. mortem Augustus adoptavit, Inter Principatus initia moderate se gessit, sprevit adulationes, titulum Augusti, ac Patris Patriz nomen recusavit, & Przsiidibus onerandas Tributo Provincias suadentibus rescripsit: Boni Pastoris est tondere pecus, non abradere. Adversus quorundam famofos libellos, & convitia ultionem exposcentibus amicis, În libera Gwitate liberas esse debere respon-dit. Sæpe etiam illud usurpavit, oderint, dum probent. Idem precari solitus est tantum sibi vitæ, & Imperii tempus, quantum Reipublicz conduceret; postea crudelior factus, violati Numinis postulari jussit, qui contra ipsum, aut Matrem, quicquam egissent, locutive essent incommodius.

Ob libidines, quibus promiscue in Nobilissimos utriusque sexus effusus erat male audiebat. Moritur Mifeni in Villa Luculliana LXXVIII. anno nondum expleto, U.C. (2) 789. XVII Kal. Aprilis, Imperavit annis XXII., & mensibus fere VII. Publico funere elatus est, habita Oratione in laudem ipsius à Cajo, à quo tamen immisso repente Tribuno Militum suerat occisus.

Vicies septies millies sestertium coegisse Tiberius dicitur, idest sexaginta sex milliones, & quinquaginta millia aureorum Coronatorum, que omnia Cajus non toto triennio absumpfit.

Refert Diodorus Siculus Tiberii tempore 7000. hominum in Ægypto fuisse interfecta, qui erant pro Præsidio in quadam Civitate, eo quod unus ex Militibus Romanis intersecisset Felem Deum Ægyptium, unde tota Civitas seditionem movit, 83 tot hominum millia sudit. Non temere mutandos esse publicorum munerum administratores voluit Tiberius. Vide Nicephorum fol. 66.

Anno Tiberii 16. U.C. 783. JESUS CHRISTUS Filius DEI, & hominis incipiens esse annorum quaff XXX. hoc est anno 29. & 13. die ætatis suæ in Jordane à Sancto Joanne Baptista Baptizatur, Discipulos primum congregare, post prædicare cœpit ad falutem omnium Credentium. Quadriennio post U. C. 787. Christi 34. Tiberii 19., & mensibus tribus exactis, ante diem VIII. Kal. April. pro humana salute Cruci assixus est, & tertia die post, vivus apparuit, Olympiadis 202. anno quarto, aut Olymp. 203. anno secundo, ut alii.

### TI. CLAUDIUS TI, F. NERO COS. II, IMP. II.

COSS. Ti. Claudius Nero II. (3) Cn. Calpurnius Pifo.

Triumphat de Germanis.

#### TI. CLAUD. T. F. NERO COS. ITER. IMP. ITER. Aut. IMP. CÆSAR AUGUSTUS. Bigz Triumphales.

Caput Tiberii absque Inscriptione. Ær.

\* TIBERIN. . . . . F. Lupa Romulum, & Remum lactans. Triftan. tom. 1. f. 161.

Tiberius TR. P. in Quinquennium accepta, ad res Orientis componendas missus, Rhodi substitit, vixitque inglorins, ac veluti privatus, ah AU.C. (4) 748. quo discessifi, ad annum U. C. 752. quo Romam reversus est, ut ex Vellejo discimus.

TIBERIUS CLAUDIUS NERO AB AUGUSTO ADOPTATUS TR. P. IN DECENNIUM ITERUM ACCIPIT A. D. V. KAL. JULII COS. II. IMP. III.

Sex. Æli

A.U.C. 747. Ante Chritun 6.

۶.,

15

COSS. C. Sentius Saturni

- SER. GALBA IMP. CÆS. AUG. P. M. TR. P. al. CÆSAR.
- \* HONOS, ET VIRTUS S. C. Duz Figurz stantes, una seminuda, dextra Hastam, sinistra Cornucopiæ; alia Galeata, dextra Hastam, sinistra Parazonium, dextro pede Galeam calcans. Tristan. Tom. 1. f. 257.
- \* S. C. | Arcus Triumphalis, supra quem Imp. in Quadrigis. Tristan. Tom. 1. f. 252. \* | Tria Signa Militaria humi defixa. Angellon. f. 67. n. 6.
- SER. GALBA IMP. CÆSAR AUG. P. M. TR. P. P. P.
- \* DIVA AUGUSTA S. C. Figura muliebris stans cum Hasta, & Patera. R. P. Cattanei. IMP. SER. GALBA C.ÆS. AUGUST. Caput Galbæ.

- \* DIVÆ LEPIDÆ AUGUST. Caput Lepidæ Galbæ Uxoris velatum. Musai Leompardi. IMP. SER. SULP. GALBA CÆS. AUG. TR. P. \* FELICITAS AUGUSTI S. C. Figura stars, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ. Ibidem.
- \* PAX AUGUSTA S. C. Figura sedens, dextra Ramum, finistra Caduceum. Ind. Polatio.
- \* S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS. In Corona Civica. Ibidem.
- SER. SULPI. GALBA IMP. CÆSAR AUG. P. M. TR. P.
- \* REMISSA XXXX. S. C. Duplex Arcus, fupra quem quattor Equi. Patin. Thefauro.
- \* ROMA. R. XXXX. S. C. Figura Militaris Galeata stans prope Trophzum, cui sinistro brachio nititur, dextra Victoriolam, sinistra Sceptrum. Ibidem. (\*)



Digitized by Google

\* ROMA VICTRIX. Figura Galeata stans, dextra elata cum Ramo, sinistra Hastam, dextro pede Globum calcans. Num. Arscot. Tab. 22. n. 19.

. IMPERAT,

\* HISPANIA GALLIA. Figuræ duæ Galeatæ, & Togatæ stant, ac dextras sibi mutuo porrigent, una earum Scutum haber, & Pilum tendit deorsum, altera Pilum quoque gestat, sed sursum, & finè Scuto. Smetius.

SERG. SULP. GALBA IMP. CÆS. AUG. TR. P. P.

\* HISPANIA CLUNIA SUL. IMP. VESP. REST. Figura muliebris stans, manus Imperatori præbens. Ex Museo Magno J. C. Bon. SER. GALBA IMP. CÆS. AUG. P. M. TR. P. COS. II.

\* ÆQUITAS S. C. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Hastam. Num. Arscot. Tab. 22. n. 16.

\* IMP. T. VESP. AUG. P. M. TR. P. VIII. S. C. Vaillant. Tom. 1. f. 24.

\* IMP. T. VESP. REST. S. C. | Figura muliebris stans dextra Pileum. Ibidem f. 24.

\* | Figura muliebris Stolata stans, dextra comburens spolia, sinistra Cornucopiæ. Ibidem.

IMP. SER. SULP. GALBA CÆSAR AUG.

\* S. C. ..... CÆS. DIVI VESP. .... VESP. COS. VII, P. P. In circuitu Nummi . Mufæi Paparotii.

#### NUMMI GALBÆ IN COLONIIS CUSI.

#### Col. Aug. Aroe Patr.

#### IMPERATOR GALBA.

COL. A. A. PATR. XXII. Aquila Legionaria media duobus fignis Militaribus. Patin. Ind. fol. 8, Putavit Eruditifimus Patinus in notis ad bunc Nummum, Galba cum Legione XXII. aliquam interveffiffe familiaritatem, ex qua Nummus cufus exinde fuerit; sed pace tanti Viri de re antiquaria optimè meriti, liceat meam proferre fententiam, in hæc verba. Legio XXII. imposita erat huic Coloniæ Aroe, sve ibi stationem habebat, omnesque Imperatores, ut ad Augusti dignitatem perveniebant cusis Nummis cum Coloniæ, & Legionis nota demereri studebat, sc & Claudium, & Neronem ante Galbam, & Domitianum post, Nummis eodem Typo cusis demereri voluit, me tamen drc.

Cibalis.

. CÆSAR. Caput Galbæ.

EX CONSENSU C. CIB. Victoria gradiens ambabus manibus Serrum tenens. R. P. Cattonei.

#### Corinthus,

SUL. GALBÆ AUG. IMP. P. P. Caput.

L. CAN. AGRIPPÆ II. VIR COR. Templum pluribus Columnis, & Scalis ornatum. Patin. Ind. f. 8. (\*) . . .



M. SALVIUS OTHO.

(1) Otho nascitur Camillo Aruntio, & Domitio Ænobarbo Coss. ex Principibus Etruriæ, Patre L. Salvio Othone, Matre Albia Terentia. In ambitionibus nihil omifit. Homo nimiæ elegantiæ, & mollitudinis corporis Itudiolus; nam vullo corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, faciem quoque radere, & pane madido linire consuevit à prima lanugine, ne barbatus unquam effet. Is cum Vitellio congressius, impar in certamine se ipsum confodit, cum imperasset dies 95. Multi manus, & pedes ejus deosculati sunt, & cum incolumem gravissime eum detestati essent, mortuum laudibus extulerunt, & dixerunt Galbam, non tam dominandi, quam Reipublicæ, & libertatis causa ab Othone suisse interemptum. Plutarchus in Othone scribit, Milites, summa fide erga Othonem perstitisse, ita ut ne mortui quidem illius eos defiderium reliquerit, quando Brixilli, quod Oppidum erat ad Padum, se ipsum pugione interemit, æt. anno 37. cum tribus mensibus imperaster.

Æ.

#### M. SALVIUS OTHO CÆS, AUG. P. M. TR. P. COS. II.

## A.U.C. 822. Crifti 69.

 $(2, a_{1}, b)$ 

(Ex XVII. Kal. Feb.) COSS. M. Salvius Otho Aug. II. L. Salvius Titianus. A. D. XVII. Kal. Februarii occifo Galba Augustus dicitur.

Aur. M. OTHO CÆSAR AUG.

**33**-

SECURITAS P. R. Figura stans, dextra Sertum, finistra Cornucopia, in alus Haltam. IMP.

Vesontium.

(\*) Séquanorum Metropolis nunc Besancon, olim Romanorum Municipium ad Dabim Fluvium circumfluentem, quam peculiari; & infigni edite libro illustravit, & ornavit Sæculi lumen Jo: Jacobus Chifletius.

MUN. VISONTIUM. In Laurea. Chiflet. Vifont. p. pr. Cap. 28. (1) Nalcitur Otho 28. Aprilis A. U. C. 785. Cols. Cn. Domit. Enobarbo ; & A. Vitellio, quo mortuo in Magil. fuffect. fuit M. Furius Camillus Scribonianus, Goltz. & Tillemont.



IMP. M. OTHO CÆSAR AUG. TR. P.

SECURITAS P. R. Figura stans, dextra Ramum, finistra Haltam.

\* VICTORIA OTHONIS. (Victoria stans, ambabus manibus elatis, cum Sertis. Pat. Svet. f. 360. \* (Victoria gradiens, dextra Lauream, finistra Palmam. Ibidem.

\* PAX ORBIS TERRARUM. Figura stans, dextra Ramum, finistra Caduceum. Spanhem. f.849.

\* SECURITAS. Mulier stans, dextra Corollam. Ex Musseo Mauroceno J. C. Bon.

M. OTHO CÆSAR AUG.

SECURITAS P. R. Figura, dextra Sertum, sinistra Cornucopiæ, in alio Hastam. IMP. OTHO CÆSAR AUG. TR. P.

PON. MAX. Figura fedens, dextra Pateram, finistra Hastam.

PONT. MAX. Figura Equestris, dextra Hastan.

PON. MAX. (Figura Stolata stans, dextra Spicas, finistra Cornucopiæ.

Figura Stolata stans, dextra Bilancem, finistra Hastam.

\* SECURITAS POP. ROM. Figura fedens, dextra Bacillum, finistra Sellæ nixa. Num. Arscot. Tab. 23. num. 4.

\* PONT. MAX. Figura sedens, dextra Ramum Lauri, sinistra Hastam. Ibidem num.7.

\* JOVIS CUSTOS Jupiter sedens, dextra Fulmen, sinistra Hastam. Ibidem num. 8.

IMP. M. OTHO CÆSAR AUG. TR. P.

SECURITAS P. R. (Figura stans, dextra Ramum, finistra Hastam.

\* (Figura stans, dextra Lauream, sinistra Bacillum. Angell. f. 69. num. 3. IMP. M. OTHO CÆSAR AUG. TR. P.

CLEMENTIÆ AUGUSTÆ. Goltzius num. 3.

\* CONCORDIA PRÆTORIAN. Figura Palliata, dextram porrigit Figura militari dextra Haltam tenenti. Pat. Svet. f. 397.

FELICITAS ORBIS. Goltzius num. 4.

PAX ORBIS TERRARUM. Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Ramum. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Caduceum. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Cornucop. Angellon. f. 69. num. 2.

\* PONT. MAX. Figura flans, dextra tres Spicas, finistra Cornucopia. Patin. The fauro. PONT. MAX. COS. II. Panvin. lib. 2. Faft.

VICTORIA OTHONIS. (Victoria stans, utraque manu Sertum.

(Victoria gradiens, dextra Sertum, finistra Ramum Palmæ.

\* ALEXANDRIA. Caput Turritum. Majoris Moduli Ar. ex Gallandio Sponnius.

\* ROMA. Figura Galeata stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. Num. Arscot. Tab. 23. num. 11.

\* SECURITAS P. R. Figura stans, dextra Sertum, sinistra Bacillum, ponè Columna. Ibidem n. 13. IMP. OTHO CÆS. AUG.

\* S. C. In Corona Civica. Moduli Maximi Ar. apud Petrum Cherchemont J. C. Bon.

IMP. CÆS. OTHO AUG. P. M. TR. P. P. COS.

PAX AUGUST. S. C. Dea Pax stans, dextra Ramum, finistra Cornucopize.

IMP. M. OTHO AUG. P. M. COS. H.

SALUS AUG. S. C. Figura sedens, dextra Pateram, finistra Hastam.

IMP. OTHO CÆSAR AUG. TR. POT.

SECURITAS P. R. Figura Togata, dextram porrigens Militi armato super Aram, cum aliis Militibus adstantibus cum fignis militaribus.

- Figura sedens, dextra Sertum, sinistra Hastam puram. Musei Bulgherini. \*

IMP. M. OTO. CÆ.

\* S. C. In Laurea. Strads f. 47. IMP. OTHO CÆSAR AUGUST. TR. P.

\* IMP. TITUS AUG. RESTIT. S. C. Figura seminuda Palliata, & Galeata, dextra elata, sinistra

Haftam. Num. Arfcot. Tab. 23. num. 14. 15.

IMP. M. OTHO CÆS. AUG. Caput Othonis Laur.

\* S. C. In Laurea. Vaillant. Tom. 1. f. 25.

M. OTHO CÆSAR AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

\* T. CÆS. DIVI VESP. F. AUG. ..... S. C. In medio Nummo. Scheda Pedrusiana.

IMP. M. OTHO CÆ. AUG.

\* S. C. In Laurea. Thef. Theupol.

Ex Nummis Othonis Æneis Latinis, quos inspicere licuit, duos tantum indubitatæ fidei me vidisse teftor, primum à Tito restitutum, cujus supra memini, ex Schedis Pedrusianis, alterum in Thefauro Illustriffimi & Excellentissimi Domini Jo: Dominici Theupoli Pat. Ven. quem ejusdem bumanitate contrectare licuit, cum Verone Pretura fungeretur. Ceterum Æ. plures Græcos, & in codem Thesauro Theupolo, & penès Reverend. Patrem Cattaneum, & Mantue apud D. Oratium Bellinum, Serenissimi Regnantis Caroli II. Mantus & Montisferrati Ducis à Cubiculo, inter plura centena antiquorum Nummorum exquisitorum magna cum voluptate vidi, & suo tempore publici juris fient.

Æ.

Ľ

## ALBIA TERENTIA UXOR OTHONIS.

Splendida, & illustris mulier, que duos peperir filios, Lucium, & Marcum Titianos, & filiam Drufo Germanici filio desponsatam. Sveton. in Othone.



AU-



## AULUS VITELLIUS.

(r) Vitellius nascitur Draso Cæsare, & C. Norbano Flacco Coss. Patre L. Vitellio, Matre Sextilia, obscuro genere, & Avo Casso Sutore Veteramentario. Vir enormi proceritate, facie rubida, ventre obso, tam fordidægulæstit, ut ne in Sacrificio unquam, aut itinere ullo temperaverit, quin inter altaria ibidem statim vifcus, & farra penè rapta è foco manducaret, circaque popinas viarum, sumantia opsonia, vel pridiana, atque semesa. Fuit itaque satis comes Mulionibus, & Viatoribus, ut manè fingulos num jam ientassent ficiscitaretur, seque secisse ruccu quoque ostenderet: Aliquando etiam in una Cœna jussu duo millia Piscium, & septem millia Avium apposita sunt. Adolescentes Imperio allicesactos vario genere fraudis interemit: quendam in ipsa falutatione supplicio traditum, statimque revocatum, Clementiam ejus laudantibus coram interfici jussi, velle se, dicens, pascere oculos; eidem penè duos filios adjecit, precari pro Patre conantes. Vespassani statim sabinum compulit in Capitolium; quo succenso ipsum cum sociis suis cremavit. Pannonici, Mœssai, subsyriaci Exercitus desecrunt ab ipso ad Vespasianum. Ipse Romæ in Cellulam Janitoris confugit in Palatio, unde ab Exercitu Vespassani extractusest, injecto cervicibus laqueo, reducta à capite coma, atque etiam mento mucrone gladii subjecto, ut visendam præberer faciem, tractus est in Forum, quibussan tercore, & cœno incessentibus, tandem ad Gemonias Scalas parvis ictibus excarnificatus, & unco tractus est in Tiberim.

### (2) AULUS VITELLIUS A. F. A. N. AUGUSTUS P. M. TR. P. COS. DES. II. IMP. GERMANICUS AB EXERCITU GERMANICO A. D. III. NON. JAN. SALUTATUS.

**A.V.C. 822. Chrifti 69.**  COSS. Kal. Martin. (3) M. Salvius Otho Aug. II. L. Salvius Titianus.

Hos sodem anno occifus est Vitellins A. D. IX. Kal. Jan.

Au. A. VITELLIUS IMP. GERMAN. alia TR. P.

CLEMENTIA IMP. GERMAN. Figura fedens, dextra Ramum, finistra Columnæ nixa. VESTA P. R. QUIRITUM. Vesta fedens, dextra Pateram, finistra Facem. VICTORIA GERMAN. Victoria dextra Lauream.

- Nomen Germanici Vitellio statim additum, Casarem se appellari etiam Victor probibuit. Tac. lib. 17. A. VITELLIUS GERMANICUS IMP. AUG. alii TR. P.
  - ADVENTUS AUGUSTI. Duz Figurz jungentes dextras.
    - FORTUNÆ REDUCI. Figura sedens, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ, ad reditum Vitellii referendus.
    - LIBERI IMP. GERMAN. AUG. Duo puerilia capita fe respicientia.
    - Ex Petronia Confutaris Viri Filia A. Vitellius Aug. Vitellium Petronianum Filium susceptit, altero ocudo captum, is cam à Matre esset institutous bæres, cum conditione, si à Patris potestate exiisset, Vitellius Pater manu emisit, brevisque venesses insimulatum interemit.
    - Ex Galeria Fundana, fecunda Uxore, duos alios habuit filios Vitellius Aug. primò marem L. nomine, oris titubantia penè mutum, quem Mucianus Vespasiani Dux, ad belli semina extinguenda occidit; Secundò seminam, quam Vespasianus rerum potitus splendidissime maritavit.
  - In Nummo verò hi Fratres sculpti sunt, scilicet L. Vitellius, & Vitellia, cum jam Petronianus veneno necatus suisset.
- A. VITELLIUS GERM. IMP. AUG. TR. P. Caput Vitellii Aug.
  - CONCORDIA P. R. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopia.
- \* LIBERI IMP. GERM. AUG. Duo capita puerilia se respicientia. Petri Rossini Roma.
  - L. VITELLIUS COS. III. CENSOR . Caput L. Vitellii.
  - L. V itellius boc Denario signatus, Pater A. Vitellii Imp., primò Cos. cum Paullo Fabio A. U. C. 787. Secundò cum Ti. Claudio III. A. U. C. 796. Tertiò cum Ti. Claudio IV. A. U. C. 800., cumque eodem Claudio Aug. Censuram gessit, Vir innocens, & industrius, sed maximus adulator, decessit paralysi, relictis ex Sextilia duobus liberis, quos ambos toto anno U. C. 801. Cos. vidit, cùm L. Vitellius minor filius A. majori in sex menses successifiet. Defunctumpublico funere Senatus extulit, posta etiam Statua pro Rostris cum Inscriptione:

**£04** 

34

### PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM.

- A. VITELLIUS GERM. IMP. AUG. TR. P. Caput Vitellii Aug. S. P. Q. R. AUGUSTI. Fortè VIC. Victoria cum Scuto.
- A. VITELLIUS GERMAN. IMP. TR. P. alii IMP. AUG.
- XV. VIR. SACR. FAC. Tripus cum Delphino, & Corvo.
  - Tripodes Mensæ fuerunt in Templo Apollinis Delphici, in quibus positæ Phæbades futura prækcabant. Tripus hic dicebatur, & Cortina, vel quòd Cor teneret, secundum Grammaticos, vel quòd Corio septus essentis.

Avi-

 Nascitur Cols. ab Auct. descrip. de mense Septemb. A. U. C. 768. Patre L. Vitellio Viro Consul. Rom. genete mobilis. & Avo P. Vitellio Equ. R. ex Svet. Moritur de mense Decemb. Vixit Ann. 54. Tillem., Zonaras, Xipbillin. qui tot computantur ab A. U. C. 768. ad A. U. C. 822. quo necatus eft.
 AULUS VITELLIUS L. F. P. N.
 T. Verginius Rusus. Vopiscus Pompejus Silvanus.



VITELLIUS. Λ.

Avicula hec potest effe Cornix, quam ad divinitatem facere, præter cætera, versus ille Virgil. Bucol. IX. Ecloga indicat.

> Quod nisi me quacumque novas componere lites Ante finistra cava monuisset ab llice Cornix:

Nec tuus bic Maris, nec viveret ipse Menalcas.

- Poteft & Corvus effe, qui & ob id Apollini, vaticiniorum prasidi, sacer est; Bonum enim augurium erat, si Corvus dextra, Cornix sinistra volaret. Cic. de Divinat. Picus etiam Rex Latinus, domi Picum habuit avem, per quem futura cognoscebat. Vide Servium in 7. Æncid.
- Ad Nummum hune explicandum facit Sveton. in Vitellio scribens. Eurh privatum etiam, Sacerdotiis auchum amplissimis, quod quidem Sacerdotium amplis. fuisse, vel boc indicat quod jam rerum potentem non puduerit inter titulos Imperatorios, vel hunc adscribere. Ad XV. Viros illos pertinebat librorum Sibyllinorum (quibus Pop. Rom. fata continebantur) inspectio, item O procuratio ludorum secularium.
- A. VITELLIUS GERMANICUS IMP. AUG. P. M. TR. P.
- \* J. O. MAX. CAPITOLINUS. Ara duarum Columnarum, in cujus medio Figura fedens, dextra clata, finistra Hastam. Spanhem. f. 854. ubi Nummus eruditiffime explicatur .
- \* ADVENTUS AUGUSTI. Figura Equestris, dextra Hastam. Num. Arscot. Tab. 23. num. 21.
- \* LIBERTAS RESTITUTA. Spanhem. f. 778.
- \* PONT. MAX. Figura fedens, dextra Pateram, finistra Hastám. Num. Arsfort. Tab. 24. n. 14. \* PONT. MAX. TR. POT. AUGUR. Tripus, supra quam Delphin. Ibidem n. 15. \* PONT. MAX. Figura sedens, dextra Hastam, sinistra Ramum Lauri. Ibidem n. 20.

- \* PRÆTORIANORUM. Duz dextrz junctz. Vaillant. Tom. 2. f. 46.
- Dua dextra juncta, Concordia signum erant, Tacit. lib. 17. Centurio Sistenna, dextras Consordia signa, Syriaci Exercitus nomine ad Prætorianos tulit.
- A. VITELLIUS GERM. IMP. TR. P.

\* S. C. Figura Palliata sedens, dextra elata, finistra Schedas. Pat. Svet. f. 367.

- \* VICTORIA AUGUSTI. Victoria alata gradiens inferibit Seuto S. P. Q. R. Ex Cimelius D. Ca-
- roli Torta J. C. Bon. A. VITELLIUS IMP. GERMAN. alii TR. P. CLEMENTIA IMP. GERMAN. Figura sedens, dextra Ramum, finistra Columnae nixa. CONSENSUS EXERCITUUM. Mars Gradivus, dextra Scipionem, finistra Trophæum. \* FIDES EXERCITUUM. Nexus manuum. Thef. Theupoli.
- JUPITER VICTOR. Jupiter fedens, dextra Victoriolam. S. P. Q. R. OB C. S. In Corona Civica.
- \* S. P. Q. R. P. P. OB C. S. In Corona Civica. P. Cattanei. VESTA P. R. QUIRITUM. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Tædam. VICTORIA AUGUSTI. (Victoria Globo infidens. 🔆 (Victoria stans, dextra Scutum. P. Minii.
  - Ad villoriam, quam Brixelli ad Padum de Othone reportavit, referendi Nummi.
- A. VITELLIUS GERMANICUS IMP. AUG. P. M. TR. P.
- \* CONSENSUS EXERCITUUM. Mars nudus gradiens, dextra Hastam, sinistra Trophaum. Angellon. f. 73. n. 2.

LIBERTAS RESTITUTA. (Figura Stolata, dextra Pileum, finistra Hastam. /

- (Figura gradiens, utranque manum portendens.
- VICTORIA AUGUSTI. Victoria, dextra Globum, in quo S. P. Q. R.
- A. VITELLIUS GERMANICUS IMP. in alio GERMAN. IMP. TR. P. in alio TR. P. LIBERI IMP. GERMAN. AUG. Duo Capita puerilia fe respicientia. Victoria alata fedens, dextra Pateram, finistra Palmam super humerum portensam.
- A. VITELLIUS GERM. IMP. AUG. TR. P.
- \* A. VITELLIUS L. F. IMPERATOR COS. PERP. Ex Golozio -Spanhemius f. 704. ubi illuftratur inferiptio.
- LIBERTAS RESTITUTA. Ut fuperior.
- \* L. VITELLIUS COS. III. CENSOR. Caput Laureatum, ante quod Sceptrum Eburneum. Pat. Svet. f. 367.
- \* PONT. MAXIM. Figura sedens, dextra Pateram, finistra Hastam. M. N. XV. VIR. SAC. FAC. Tripus cum Delphino, & Avicula. S. C. Figura Palliata sedens, dextra elata, finistra Schedas.
- A. VITELLIUS GERMANICUS IMP. AUG. alii TR. P.
- LIBERI IMP. GERMAN. AUG. Duo Pueti fe mutud aspicientes. A. VITELLIUS GERMAN. IMP. TR. P. in alia IMP. AUG. XV. VIR. SAC. FAC. Ut fuperior.
  - PONT. MAXIM. Figura sedens, dextra Pateram, finistra Hastam.
- \* CONCORDIA P. R. Figura sedens cum Patera, & Cornucopia. P. Cattanei.
- finiftre

Er.

CONCORDIA PRÆTORIAN gura mulleoris itans, Cornucopia. Oyfel. Tab. 81. num. 10.

\* (Figura muliebris stans, dextra Ramum, sinistra Cor-

nucopiz . Vaill. Tom. 2. f. 45.

- \* GER. CAPTA. Victoria Scutum imponit Trophæo, ad cujus pedes Captivus feder, in Clypeo VIC. GER. Num. Arfcot. Tab. 24. num. 19.
- \* PRÆTORIANORUM. Duz dextre juncte. Vaillant. Tom. 2. f. 46.
- \* ROMA RENASC. Figura Galeata stans, dextra Victoriolam, finistra Hastam . Num. Arscot.
- Tab. 24. num. 9. \* VIC. AUGUSTI. Victoria alată stans, Clypeum trunco Arboris imponens; in Clypeo S. P. Q.R. Num. Arfcot. Tab. 24. \* VICTORIA AUGUSTI. Victoria alata gradiens Serto infcribit S. P. Q. R. Thef. Theupol

Dd

**A.** VI-

Digitized by Google

Æ,

# VITELLIUS.

- A. VITELLIUS IMP. GERMANICUS.
  - J. O. M. CAPITOLINUS. Figura Jovis seminudi tenentis manu dextra Fulmen, sinistra Hastam, & fedentis in Templo, Smetius.
- A. VITELLIUS GERM, IMP. AUG. TR. P.
- \* PONT. MAXIM. Figura fedens, dextra Pateram, finistra Hastam. M. N.
- \* L. VITELLIUS COS. III, CENSOR. Caput L. Vitellii cum Sceptro Confulari. Patin. Thef.
- \* LIBERI IMP. GERMAN. Duo Capita fe respicientia. Patin. Thesaur.
- A, VITELLIUS GERM, IMP. P. P.
- \* LIBERTAS RESTITUTA. Figura seminuda stans, dextra Pateram, sinistra Hastam. Ex Thes. Mauroceno J. C. Bon. A. VITELLIUS GERMANICUS IMP. AUG. P. M. TR. P.
- \* ANNONA AUGUSTI S. C. Duz Figurz, una stantis Fortunz, alia Cereris sedentis, prora Navis intermedia. Vaillant. Tom. 1. f. 26.

CONCORDIA AUGUSTI S. C. Figura fedens, dextra Pateram, finistra Cornucopiz. HONOS, ET VIRTUS S. C. Signa Honoris, & Virtutis. L. VITELL, CENSOR II, S. C. Imp. fedens, & coram eo tres Figura Stolatz.

- \* L. VITELLIUS COS. III. CENSOR. Caput Laureatum, ante quod Sceptrum eburneum. Strada f. 47.
- \* MARS VICTOR S. C. Mars gradiens, dextra Victoriolam, finistra Trophæum. Ex Ind. Polatio. PAX AUGUSTI S. C. Pacis Typus, Figura stans, dextra Ramum, finistra Cornucopiæ.
- \* PAX GER. ROMA S. C. Roma Galeata sedens, sinistra Scuto nixa, dextra Victoriolam, que Lauream offert aliz Figurz Togatz stanti, prope quam alia Figura muliebris. Vaillant. Tom. 1. f. 27.
  - **PROVIDENTIA S. C. Templum**.
  - **PROVIDENT. S. C. Templum**. M. N.
  - \* S. P. Q. R. OB CIV. SER. In Corona. Ex Ind. Polatio.
  - VICTORIA AUGUSTI S. C. ( Victoria stans coram Palma, in qua Clypeus cum inscriptione OB CIV. SER.
    - (Victoria stans coram Palma cum Clypeo, in quo VIC. AUG.
  - A. VITELLIUS IMP. GERMAN.

ÆQUITAS AUGUSTI S. C. (Figura stans, dextra Bilancem, finistra Cornucopiz.

- \* (Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Bacillum. Num. Arston, Tab. 23. num. 24.
- CONSENSUS EXERCITUUM S. C. (Mars gradivus, dextra Scipionem, finistra Trophæum.

\* (Mars nudus Capite Galeato, dextra Scipionem, finistra

Signum militare. R. P. Cattanei.

\* FIDES EXERCITUUM S. C. Nexus manuum. R. P. Cattanei.

\* LIBERTAS RESTITUTA S. C. Figura stans cum Pileo, & Hasta. R. P. Cattanei.

- MARS VICTOR S. C. Mars gradiens, dextra Signum militare, finistra Victoriolam. \* VICTORIA AUGUSTI S. C. Victoria cum Scuto, in quo S. P. Q. R. R. P. Cattanei.
- A. VITELLIUS GERMANICUS IMP.

FIDES EXERCITUUM S. C. Duz dextræ junctæ.

- S. C. Victoria sedens, dextra Pateram, sinistra Palmam.
- A. VITELLIUS GERM. IMP. AUG. TR. P. al. P. M. TR. P.
- \* PAX AUGUSTI S. C. (Figura Stolata stans, dextram porrigit Figuræ Galeatæ, sinistra Clypeum tenenti. Angell. num. 8. f. 73.
  - \* (Figura stans, dextra Olez Ramum, finistra Cornucopize. Ind. Cavo-

Digitized by Google

torta.

PETRON. ET P. VITELL. ..... S: C. Duz Figurz stantes, cum Pilis.

\* ROMA S. C. Roma fpoliis infidens, dextra Victoriolam. Ind. Cavotoria. S. C. Duplex Cornucopiæ Caduceo medio. Angellon. f. 73. num. 7.

- \* VICTORIA AUGUSTI S. C. Victoria Galeam imponit Trophzo, sub quo Captivus humi sedet. Angellon. f. 73. num. C.

A. VITELLIUS GERMAN. IMP. TR. P. in alio IMP. AUG. P. M. TR. P.

CONCORD. AUG. S. C. Figura sedens, dextra Ramum, finistra Hastam per transversum.

- \* L. VITELL. CENSOR II. S. C. Imp. sedens in substructione, ante eum quatuor Figura stantes. M. N.
- \* LIBERTAS PUBLICA S. C. Figura stans, dextra elata cum Serto. R. P. Cattanet.
- \* MARS VICTOR S. C. Mars armatus Galeatus, dextra Victoriolam, finistra Parazonium. Ind. Cavotorta .

\* S. C. Mars gradivus. M. N.

- A. VITELLIUŠ GERM. IMP. AUG. P. M.
- \* ADVENTUS AUGUSTI S. C. Figura mil. Galeata, finistra Clypeum cum Pugione, dextram porrigit Figuræ paludatæ: Num. Arscot. Tab. 23. num. 22.

\* FORTUNÆ REDUCI S. C. Fortunz Reducis sedentis Typus. Ibidem num. 23.

\* CERES AUGUSTA S. C. Figura sedens, dextra Spicas, sinistra Facem. Num. Arstot. T. 24. n. 17. \* CERES AUG. S. C. Typus, ut superior. Pat. Ind. f. 8. \* CLEMENTIA IMP. GERMAN. S. C. Figura seminuda sedens, dextra Spicas, sinistra Hastam. Num. Arfcot. Tab. 24. num. 16. \* CONCORDIA AUGUSTI S. C. Figura sedens, dextra Pateram super Aram portendens, sinistra Cornucopiæ. Angell. f. 73. num. 11. \* CONCORDIA EXERCITUUM S. C. Duz dextræ junctæ. Vaill. T. 1. f. 26. \* CONCORDIA P. R. S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra duo Cornucopize. Num. Arscot. Tab. 24. num. 21. \* L. VITELLIUS COS. III. CENSOR S. C. Figura sedens, dextra elata, pedibus Navis Prora nixis. Num. Arfcot. Tab. 24. num. 13. \* PROVID. S. C. Ara. R. P. Cattanei. A. VI-

#### VITELLIUS. А.

- A. VITELLIUS GERMAN, IMP. AUG. P. M. P. P.
- \* LIBERTAS RESTITUTA S. C. Figura stans, dextra elata, Stolam tenens, cum Pileo. Musai Moscardi .
- \* PAX AUG. S. C. Figura stans, doxtra Ramum Lauri, sinistra Cornucopiz, Num. Arscot. Tab.
- 24. num, 10. \* PAX, ET VIRTUS S. C. Figura Togata stans, dextram Figurz militari porrigens. Vaill.T.1.f.26. \* ROMA RENASCENS S. C. Figura Galeata stans, dextra Victoriolam, finistra Hastam puram. Vaillant, Tom. 1, f. 28.
- \* ROMA S. C. Figura mul. Galeata stans, dextra Victoriolam cum Serto, finistra Hastam puram. Angell, f. 73. num. 9.
- \* S. C. Victoria sedens, dextra Lauream, sinistra Palmam. Num. Arscot. Tab. 24. num. 8.
- \* SECURIT. P. ROMANI S. C. Figura sedens, dextra Velum levans, ante quam Vas cum Face. Pat. Ind. f. 8.
- \* VICTORIA AUGUSTI S. C. Victoria Clypeum tenens, in quo S. P. Q. R. Pat. Ind. f. 8.
- \* VICTOR. AUGUSTI S. C. Victoria infcribens Clypeo, Trophzo appenfo. Ibidem
- \* URBS RESTITUTA S. C. Figura paludata, Galeato Capite stans, dextra extensa Victoriolam, finistra Hastam gerons, Vaill, Tom. 1. f. 28, \* URBEM RESTITUTAM S. C. Imp. stans, Figuram muliebrem Galeatam genussexam sublevat,
- à tergo Imp. duo Milites Galeati dextris Hastas, sinistris Scuta, Angellon, f. 73. num. 10.
- A. VITELLIŬS GERM. IMP. AUG. P. M. TR. P.
- \* LIBERJ IMP. GERMA. Duo Filii Vitellii sese mutud aspicientes, fine Corollis. Ind. Cavotorta, ubi additur; Aliud ex Ære non vidimus; ex Auro, & Argento plures Scriptores explicant. \* VICTOR. AUGUSTI S. C. Stat Victoria alata coram Palma, in qua Chypeus literis exefis. Ind.
- Covotorta ,
- A. VITELLIUS GERMA, IMP, AUG. P. M. TR, P.
- \* SECURITAS P. ROMANI S. C. Figura sedens, cubito sinistro Sellæ nixa, dextram Capiti imponens, ante eam Ara cum igne, ex qua erumpit Fax accensa. Ind. Polatio.

#### NUMMI VITELLII IN COLONIIS CUSI.

#### Colonia Augusta.

Ad quam ex Coloniis Augustis referendus sit Nummus prorsus ignoro, cum nec Esuditissimus Patinus, qui Nummum descripsit, id aperuerit, nec Nummus adsit.

COL. AUG. Colonus agens jugum Bovum, Pat, Ind, f. 8,



### F L. V E S P A S I A N U S.

Velpalianus nascitur Phalacrinz, (1) Q. Sulpicio Camerino, & C. Poppzo Sabino Cols. Patre T. Flavio Sabino Vespasiano, Matre Vespasia Polla: Vir staturæ quadratæ, membrisque compactis, & sirmis, valetudinis prosperrimz, quam abstinentia, & frictionibus fovebat : ejus vultum expressit Martialis, cum inquit : & alibi:

Et faciem durum Phæbe cacantis habes.

Et faciem sub aquis Phæbe natantis habes.

Hic res gnaviter administravit in Syria, copias, & legiones auxit, & Civitates convertit in se: przsens, & fortis in conflictu, adeò ut in oppugnatione cujusdam Castelli lapidis ictum genu, scuto sagittas aliquot exceperit. Cum Judzi descivissent, & ob humilitatem generis, & nominis eum sprevissent, omnes eorum Urbes expugnavit, Hierofolyma excepta, quam Titus F. cepit, incenditque, in cujus excidio undecim centena millia ferro, & fame perierunt, centum millia capta, & venundata, quare Pater, & Filius eodem Curru triumpharunt, Domitiano sequente in Equo candido. In pretio autem habuit conquisitos ex Davidis Regia Stirpe. Josephus ex nobilibus captivis, cum conjiceretur in vincula, constantissimé asseveravit, fore, ut ab codem brevi liberaretur, sed Imperatore. Avaritia in eo notata est, quod exprobravit ei Bubulcus, qui negata fibi liberalitate suppliciter oranti, proclamabat: Vulpem pilum, non mores, mutare. Alii dicunt eum. necessitate compulsum propter summam Ærarii inopiam suisse parciorem. Mediocritatem autem priscam nec diffimulavit unquam, & irrisit eos, qui Flaviam originem ad Herculis Comites reterebant. Ingenia, & artes maxime fovit, primus enim è Fisco Latinis, & Græcis Oratoribus annua salaria constituit: præstantes Poëtas, & Artifices coluit. Tito F. eum reprehendente, quòd etiam urinæ vectigal commentus effet, pecuniam ex prima pensione admovit naribus Titi, sciscitans num odore offenderetur, & illo negante: atqui, inquit, è lotio est. Intestina creberrimo frigidæ aquæ usu corruperat, unda alvo, usque ad animi defectionem soluta chermas ægrè petiit, ubi re non succedente Imp. ait stantem oportere mori; & dum nititur, inter manus sublevantium extinctus est, natus annos 69.

T. FLA-

(1) Die 17. Novemb, A. U. C. 762. Chrifti 9.

Ĵ

•

35



103

Aur.

# FL. VESPASIANUS.

T. FLAVIUS VESPASIANUS COS. DES. II. IMP. II. A. D. Kal. Julii AUGUSTUS ab Exercitu Judaico falutatur, & occifo Vitellio Roma A. D. IX. Kal. Jan. P. M. TR. P. IMP. III. dicitur.

COSS. Kal. Novembris. C. Quinctius Atticus. Cn. Cacil. Simplex.

*A.U.C*, 822, Cbrifti 69.

# CÆS. IMP. VESP. PON. TR. POT. CENS.

VESTA. Templum Vestæ, in quo tres Figuræ.

Inter cætera, quæ incendio A. U. C. 817. periere, referente Tacito lib. 15. Delubrum Vesta cum. Panatibus Pop. Rom. exusta sunt, boc postea à Vespasiano restitutum docent Nummi, quibus Vesta Templum signatum est.

IMP. CÆS. VESPASIAN. AUG. CENS.

PONTIF. MAXIM. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam.

VESTA. Ut fuperior.

IMP. CÆS. VESPÁSIANUS AUG.

ÆTER. Æternitatis Typus.

CÆSAR VESPASIANUS AUG.

ANNONA AUG. Figura finistro lateri nixa a

CERES AUGUST. Ceres stans, dextra Spicas, finistra Pilum.

IMP. Quadrigæ Triumphales.

VICTORIA AUG. Sedens, dextra Lauream, finistra Palmam.

Ad victoriam, quam de occifo Vitellio reportavit hoc anno, referendus Nummus.

IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG. in aliis CAE.

ANNONA AUG. Figura sedens, dextra Sellæ nixa, sinistra Spicas.

Tacitus lib. 4. Hiftor. Tum (Vespasianus) celerrimas navium frumento onustas, fævo adhuc Mari committit, quippe tanto discrimine Urbs nutabat, ut decem haud amplius dierum frumestum in horreis fuerit, cum à Vespasiano commeatus subvenere.

Hinc Nummus gratitudinis testis signatus.

AUG. In medio Laureæ.

JOVI CUSTODI. Jupiter stans coram Ara. TITUS, ET DOMITIAN. CÆSARES PRINC. JUVENT. Duz Figurz Equestres decurrentes.

Post Vespasianum appellatum Augustum, Titus, & Domit. Casares dicti sunt, Principesque Juventutis : Titus à Patre in Judæa, Domitianus verò ab exercitu Romæ, ut & Casaris, & Prin-

cipis Juventutis appellationibus eorundem in Principatu Patris, fuccessio signaretur. IMP. CÆS. VESP. AUG. AUGUR. PONT. MAX.

\* ÆTERNITAS. Figura Stolata stans ad Aram, manibus capita Solis, & Lunz sustinens. Num. Arscot. Tab. 27. num. 12.

Æternitatis Typus, capita Solis, & Lunæ præferebat, ut in Trajani Nummis, & Hadriani quoque videtur, idque ex Ægyptiorum Hieroglyphicis, apud quos Æternitatem quoque desgnabant duo hi Planetæ. Putabant enim eos, ut & Mundum, sinè principio, de qua re-Orus Apollo.

IMP. CÆSAR AUG. VESPASIANUS.

MARS ULTOR. Mars gradiens, dextra Hastam, Trophzum humero sinistro gerens.

🔆 ÆTERNITAS. Victoria alata, dextra Solem, læva Lunam, ideft líidem, & Ofyridem . Ex Mu-Jeo D. Caroli Torte J. C. Bon.

- \* C. L. V. In Clypeo binis Capricornis medio, sub quo Scutum. Spanhem. f. 210.
- \* CONSENSUS EXERCI. Duz Figurz paludatz, dextras jungentes, finistris Hastas. Vaillant.

Tom. 2. f. 47. \* PACI ORBIS TERRARUM. Spanhem. f. 849.

\* Æsculapius, & Serpens. Ex Museo D. Caroli Torte J. C. Bon. \* TITUS, ET DOMITIANUS CÆSARES PRINCIP. JUVENT. Duz Figurz Equestres. Ex Thef. Theupol. J. C. Bon.

IMP. CÆSAR VESPASIANUS.

Ar.

PACIS EVENTUM. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Spicas.

IMP. CÆS. VESP. AUG. P. M.

AUGUR. PONT. MAX. Quatuor Signa Pontificalia.

AUGUR. TR. POT. Quatuor figna Pontificalia.

\* PON. MAX. Figura sedens, dextra Capedunculam. M. N.

TR. PO'I. Vesta sedens, dextra Simpulum, in alia Capedunculam. IMP. CÆS. VESPASIANUS AUG. in aliis CÆSAR. alius addit P. M.

FORTUNA AUGUSTI. Fortuna Cippo inftans cum Temone, & Cornucopiæ.

Solebant Principes Rom. Fortunam Auream in cubiculo semper habere, quod ex eo sumpsisse initium videtur, quod scribit Sveton. in Galba: Sumpta virili Toga somniavit Fortunam dicentem stare se ante fores desessant, & nisi ocyus reciperetur, cuicumque obvio prædæ suturam, utque evigilavit aperto Atrio, fimulacrum Æneum Deze Cubitali majus juxta limen invenit, idque gremio suo Tusculum, ubi æstivare consueverat, advexit, & in parte Ædium confecratum, menstruis deinde supplicationibus, & pervigilio anniversario coluit. Temo verò, quo reguntur Naves, & Cornucopia, quod abundantia Typus est, Principem ex usilitate publica imperantem, regentemque designant. IMP. ITER TR. POT. | Figura sedens, dextra Ramum, finistra Caduceum, vel Scipionem. Mars Gradivus cum fpoliis. \* JOVIS CUSTOS. Jupiter stans coram Ara, dextra Pateram, sinistra Hastam. M. N. \* LIBERI IMPERAT. AUG. VESP. Figurz stolatz stantes pro suggestu. Ex Museo Ruzini J. C. Bon. LIBERI IMP. AUG. VESPAS. Duz Figuræ velatæ Sacerdotum habitu. LIBERI IMP. AUG. VESPAS. Duo Capita adversa Titi, & Domitiani. \* PAX AUGUSTI. Pacis Typus, ut in Claudio. Ex Tristan. Tom. 1. f. 284. PIETATI POPULI ROMANI. Goltz. Th. 8.

PON. MAX. TR. P. COS. I. Figura sedens, dextra Spicas.

Digitized by Google

PON.

FL. VESPASIANUS.

PON. MAX. Figura sedens, dextra Hastam, finistra Ramum.

CEOdem Typo. Pacis Typus. PONTIF. MAXĪM.

TR. POT. Vesta sedens , Dextra Capedunculam. Figura sedens, dextra Caduceum, sinistra Ramum.

ROMA. Figura Militis Galeata, dextra Pilum, finistra Trophæum. IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG. TR. P.

TITUS, ET DOMITIAN. CÆSARES PRIN. JUVENT. Duæ Figuræ Togatæ sedentes,

dextris Ramos Lauri.

] Duæ Figuræ Equestres decur-

rentes. CÆS. AUG. VESPAS. Caput Vespasiani cum pectore, supra quod Titi Caput.

\* LIBERI IMP. AUG. VESPAS. Duz Figurz velatz Sacerdotum habitu, dextris Pateras. Num. Arscot. Tab. 26. num. 5. 6.

CÆSAR VESPASIAN.

PACIS EVENTUM. Figura stans, ut superior.

IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG.

 AUG. In Laurea. Triftan. Tom. 1. f. 283.
 VICTORIA AUG. Victoria fedens, dextra Coronam, læva Palmam. Ex D. Magnavaca J.C.Bon.
 VICTORIA IMP. VESPASIANI. Victoria Globo inftans, dextra Lauream, finiftra Palmam. Patin. Thefauro .

CÆSAR VESPASIANUS AUG.

\* ANNONA AUG. Figura mul. sedens, dextra Spicas, sinistra Laurum. Ex Thes. Theupol. J.C.Bon. \* Figura sedens, dextra Spicas, sinistra Sellænixa. M. N.

\* LIBERT. P. R. RESTITUT. EX S. C. In Corona Quercea. Num. Arfcot. Tab. 27. n. 7.

\* PACI ORB. PERP. AC. ET. Spankemius f. 80.

\* PAX AUGUST. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam. Num. Arscot. Tab. 27. n. 7.

🔆 VICTORIA IMP. VESPASIANI. Victoria Cippo imposita, dextra Coronam, finistra Palmam. Vaillant. Tom. 2. f. 49

IMP. CÆSAR AUG. VESPASIANUS.

\* N. C. PORA. COR. Aquila infiftens Cippo, Rostro Caduceum tenens, ad pedes Palma. Mufæi Bulgherini.

IMP. VESP.

Æ.

\* EX S. C. Quadriga Triumphalis. Ex Thef. Mauroceno J. C. Bon.

IMP. CÆS. VESPASIAN. P. M. TR. P.

X S. C. In Laurea. M. N.

IMP. CÆS. VESPASIANUS AUG. P. M. TR. P. P. COS.

\* CONCORDIA EXERCITUUM S. C. Duz dextrz junctz tenentes Signum Militare. Vaillant. Tom. 1. f. 29.

\* TITUS, ET DO MITIANUS CÆSARES PRINC. JUVE. S. C. Duz Figurz Equestres decurrentes. Spanhem.f.662. \*) JUVENT. S. C. Eodem Typo . P. Noris Cunotaph. Pisan. f. 109.

\* T. ET DOMITIAN. CÆSARES PRINC. JUVENT. S.C. Eodem Typo. Vaillant. Tom. 1. f. 31. \* VESP. PON. TR. P. S. C. Caduceum. Patin. Ind. f. 8.

IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG. P. M. TR. P.

\* T. ET DOMITIAN. CÆSARES PRIN. JUVENT. S. C. Duz Figurz Equestres decurrentes. Schedæ Pedrusianæ.

IMP. CÆSAR VESP. AUG.

\* S. C. In Laurea. Ind. Cavotorta.

#### VESPASIANUS TR. P. I. II. COS. II. DES. III. IMP. IV. V.

#### COSS. Vefp. Aug. II. T. Vefp. Aug. F. Caf.

A.U.C. 823. Christi 70.

Judza capta à Tito, & Hierofolyma subversa. Vespas. Romam redit.

IMP. CÆS. VESPASIANUS AUG. in alio CÆSAR. Aur. PON. MAX. TR. P. COS. II. Tacitus Hilt. 4. de Vespasiano loquens: Ipsi Consulatus cum T. Filio, Pratura Domitiano, & Confulare Imperium decernuntur.

IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG. TR. P.

COS. ITER TR. P. Neptunus cum Delphino, Tridente, & Rostro Navis. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Caduceum.

IMP. CÆSAR VESPAS. PONT. TR. POT.

NEP. RED. Neptunus dextra Acrostolium, finistra Hastam, dextro pede instans Globo.

\* IMP. V. P. P. COS. II. DESIG. III. Roma Galeata sedens, dextra porrigens Victoriolam Figura Togatæ stanti, dextra Hastam gerenti. Vaillant. Tom. 2. f. 49.

IMP. CÆS. VESP. AUG. P. M.

\* NEP. RED. Neptunus, dextro pede calcans Orbem, dextra Acrostolium, lzva Hastam. Ex Mu-

Seo Ruzini J. C. Bon. IMP. CÆS. VESPASIANUS AUG. Ar.

CÆSAR AUG. F. COS. CÆSAR AUG. F. PR. Capita Titi, & Domitiani adversa, COS. ITER FORT. RED. Figura Stolata, finistra Cornucopiæ; dextra Proram Navis.

\* COS. ITER FORT. REDU. Eddem Typo. P. Minii. Ee

COS.

Digitized by Google

\* COS. ITER TRIB. POT. Figura Militaris, dextra Hastam, sinistra Spolia. P. Minii.

(Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Caduceum.

COS. ITER TR. POT. (Figura Militaris, dextra Hastam, sinistra Spolia.

(Neptunus, dextra Tridentem, finistra Delphinum.

\* PONT. MAX. TR. P. COS. II. Figura sedens, dextra Hastam, sinistra Ramum. M. N. IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG. TR. P.

COS. ITER TR. P. Neptunus cum Delphino, Tridente, & Rostro Navis. IMP. CÆSAR VESPAS. AUG. COS. II. TR. P. P. P.

PACI AUGUSTÆ. Victoria gradiens, dextra Lauream, finistra Palmam.

\* PACI AUGUSTÆ EPHE. Eodem Typo. Musei Daviæ.

IMP. CÆSAR VESPAS. PONT. TR. POT.

NEP. RED. Neptunus dextra Acrostolium, sinistra Hastam, dextro pede Globum calçans. \* NEPT. REDUCI. Eodem Typo. Triftan. Tom. 1. f. 285.

IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG.

\* COS. ITER TR. POT. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Hastam per transversion, M. N.

\* CÆSAR AUG. FILIUS COS. CÆSAR AUG. F. PR, Duo Capita Titi, & Domitiani fe refpicientia. P. Minii.

\* COS. ITER TR. POT. Figura stans, dextra Ramum Lauri, finistra Caduceum. Num. Arfor. Tab. 25. num. 9.

Æ. IMP. CÆS. VESPAS. AUG. COS. II. TR. P. P. P.

CONCORDIA AUGUSTI S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ. IMP. AUG. F. COS. DES. ITER CÆS. AUG. F. DES. S. C. Titus, & Domitianus tenentes Haftas

PROVIDENT S. C. Ara.

IMP. CÆS. VESPASIAN. AUG. P. M. TR. P. P. COS. II. DES. III.

SECURITAS POP. ROMA. S. C. Figura fedens.

IMP. CÆS. VESPAS. AUG. P. M. TR. P. P. P. COS. II.

\* SALUS AUGUSTA S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam. M. N.

IMP. CÆS. VESPASIAN. AUG. COS. II.

PROVID. S. C. Ara.

IMP. CÆS. VESPAS. AUG. P. M. TR. P. II. COS. II.

\* SALUS AUGUSTA S. C. Figura Laureata sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam. M. N. IMP. CÆS. VESPASIAN. AUG. P. M. TR. P. COS. II.

VICTORIA AUGUSTI S. C. Victoria inferibens Clypeo trunco Palmæ imposito, ad pedes Captivus sedens. Angellon. f. 80. n. 3.

Ad victoriam Judzicam referendus Nummus, quam boc anno Titus, Hierofolyma vastata, amplif simam reportavit.

\* COS. ITER TR.' POT. S. C. Mars Gradivus nudus Galeatus, dextra Hastam, finistra Signum. Militare. Num. Arscot. Tab. 25. n. 4.

\* IMP. T. VESP. COS. D. CÆSAR AUG. F. COS. DESIG. Capita adversa. Pat. Ind. f. 8. IMP. CÆSAR VESP. AUG. COS. II. CENS.

\* VICTORIA AUGUSTI S. C. Victoria elata dextra Lauream, finistra Palmam, Proræ Navis infistens. Ind. Cavotorta.

IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG. P. M. TR. P. P. COS. II.

\* LIBERTAS RESTITUTA S. C. Imp. stans, dextram porrigit Figuræ ante eum genufieræ, adstante Milite. Thef. Theupol.

\* S. P. Q. R. ADSERTORI LIBERTATIS PUBLICÆ. In Corona Quercea. Thef. Theupol.

\*.... S PUBLICA. Duz dextrz junctz, in quarum medio Caduceum inter duas Spicas. Ind. Polatio.

Capita Vespasiani, & Titi Laureata adversa, absque Epigraphe.

\* JUDÆA CAPTA S. C. Palma Arbor hinc Figura mulieris mæsta sedens, illinc Figura Imp. stans dextra Hastam, sinistra Parazonium, dextro pede Globum calcans. Patin. Thes.

VESPASIANUS TR. P. II. III. COS. III. DES. IV. IMP. VI. VII. VIII.

A.U.C. 824. Christi 71.

COSS. Vespasianus Aug. III. M. Coccejus Nerva.

Triumphus de capta Judæa amplissimus, Censor dicitur, cum T. Filio, Vesp. Aug.

Aur. IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG.

ÆTERNITAS. Figura stans coram Ara, dextra Caput Solis, finistra Caput Lunz. UDÆA CAPTA, Figura stans juxta Arborem Palmæ.

UDÆA. Figura sedens ad Trophæum,

Figura infidens Spoliis, dextra Hastam, sinistra Clypeum ROMA. H

TR. POT. COS III. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Bacillum. IMP. CÆS. VESP. AUG. P. M.

TRI. POT. II. COS. III. P. P. Figura fedens, dextra Ramum, finistra Caduceum. IMP. CÆS. VESPASIAN. AUG. P. M. TR. P. P. COS. III.

∦ TRI-

Digitized by GOOGLE

S. P. Q. R. P. P. OB C. S. Corona Quercea.

PACI AUGUSTÆ. Pacis Typus cum Caduceo, & Serpente.

CÆSAR VESPASIANUS AUG.

JUDÆA CAPTA.

IMP. CÆS. VESPASIAN. AUG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. CEN.

\* DE JUDÆIS. Trophæum armorum. Pat. Svet. f. 391.

\* JUDÆA DEVICTA. Figura stans Palmæ nixa. Ibidem.

- \* TRIUMP. AUG. Imp. in Quadrigis, dextra Ramum, à Victoria Coronatur, ante eum Tibicen, ante Currum duo Captivi manibus post terga revinctis. ibidem.
- \* VICTORIA IMP. VESPASIANI. Victoria Globo inftans, dextra Lauream, finistra Palmam. · Ibidem.
  - Amplissimum hoc anno Triumphum de Judaa devicta duxere Vespasianus Aug., & Titus ejus filius Cefar TR. P. ornatus, in quo Pater in Curru Triumphali præcedebat, Filius subsequebatur. Hunc Triumphum late describit Joseph de Bello Judaico lib. 7., & eiusdem Triumphi causa Nummi plures boc anno cusi; cum JUDÆÆ CAPTÆ, ET DEVICTÆ Epigraphe signati sunt, quos inferiùs producemus.
- \* ARA PAC. S. C. Ara, supra quam Simpulum. Num. Arscot. Tab. 27. num. 21. Templum Jani sextum post U. C. Vespasianus clusst, Pace Populo Romano terra, marique parta\_ ex Orofio lib. 7. Cap. 9. Huc referendi Nummi cum pacis Symbolo, & Inferiptione hoc anno cufi.
- \* IMP. T. CÆS. VESP. Caput Titi fine Laurea. Vaillant. Tom. 2. f.45.
- \* ROMA / Figura Galeata infidens Thoraci, & Scutis, dextra Victoriolam, finistra Parazonium. Num. Arfot. Tab. 25. num. 14.
- \* S. P. Q. R. OB C. S. In Laurea. Ibidem Tab. 26, num. 7.
- IMP. CÆS. VESP. AUG. P. M.

Ar.

E.

- \* DE JUDÆIS. Trophæum armorum. Patin. Thefaur.
- TRI. POT. II. COS. III. P. P. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Caduceum. \* TR. P. II. COS. III. P. P. Eodem Typo. P. Minii.
- VIC. AUG. Victoria infidens Globo, dextra Sertum, finistra Palmam.
- VICTORIA AUGUSTI. Victoria fedens.
- IMP. CÆS. VESPASIANUS AUG. TR. P.
- FORT. RED. COS. III. Figura, dextra Globum, finistra Cornucopiz.
- IMP. CÆS. VESPASIAN. AUG. P. M. COS. III. in aliis CENSOR.
  - AUGUR. TRI. POT. Quatuor figna Pontificalia.
- IMP. CÆSAR VESPAS. AUG, COŠ. III. TR. P. P. P.
- PACI ORB. TERR. AUG. Figura muliebris, & Imp. cum Infcriptione EPHE. SECURITAS ORBIS. Goltz. Tb. 9.
- \* SECURITATI PERPETUÆ. Figura sedens, cum Stola, dextram Capiti admovens. Num. Arscot. Tab. 25. num. 8.
- IMP. CÆS. VESPASIAN. AUG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. CEN.
  - OVIS CUSTOS. Jupiter, dextra Fulmen, finistra Hastam.
  - UDÆA. Figura mul. fedents ad Trophæum.
  - UDÆA DEVICTA. Typus, ut superior.
  - VESTA. Figura stans, dextra Hastam, sinistra Capedunculam.
- \* VIC. AUG. Victoria alata, Globo instans, dextra Lauream, finistra Palmam. Ex Num. Arscot. Tab. 25. num. 19
- IMP. CÆS. VÉSP. AUG. P. M. COS. III.
- \* VICTORIA AUGUSTI. Victoria, sinistra Palmam, dextra Lauream imponens Signo militari. M. N.
- IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG.

\* JUDÆA. Figura sedens ad Trophzum. M. N.

- IMP. CÆS. VEŠPASIAN. AUG, P. M. TR. P. COS. III.
- \* DE JUDÆIS. Trophæum armorum. Pat. Svet. f. 391.
- TRIUMP. AUG. Imp. in Quadrigis, dextra Ramum, à Victoria coronatur, ante cum Tibicen, & ante Currum duo Captivi, manibus post terga revinctis. Ibidem.
- \* VICTORIA IMP. VESPASIANI. Victoria Globo instans, dextra Lauream, finistra Palmam. Ibidem.
- \* JUDÆA CAPTA. Figura muliebris inter spolia sedens prope Palmam. Oysel. Tab. 16. muns. 8. \* JUD. CAP. Trophzum armorum, cum duabus hinc inde sedentibus Figuris. Ibidem Tab. 16. n.9. IMP. CÆSAR VESPAS. AUG. COS III. TR. P. P. in alio CÆS.
- \* LIBERI IMP. AUG. VESPAS. EPHE. Duz Figurz Gabinio habitu velatz dextris expansis cum Pateris. Patin. Thefaur.
- \* PACI AUGUSTÆ EPHE. Victoria, dextra Sertum, finistra Palmam. Num. Fasch.
- IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG. COS. III. TR. P. P. P.
- \* AUG. EPHE. In Corona Civica. Musei Davia.
- \* PACI AUGUSTÆ EPH. Victoria gradiens, dextra Lauream, finistra Palmam. D. Magnavaca. IMP. CÆS. VESPASIAN. AUG. P. M. TR. P. II. COS. III.
- PAX AUGUSTI S. C. Figura Stolata, dextra Ramum, finistra Cornucopiz.
- IMP. CÆS. VESPASIAN. AUG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. in alio CENS. in alios deeft P. P. ÆQUITAS AUG. S. C. (Figura stans, dextra Pateram, sinistra Hastam. .
  - (Figura stans, dextra Bilancem, finistra Cornucopiæ.
- \* ÆQUITAS AUGUSTI S. C. Figura stans, dextra Bilancem, finistra Hastam. Ind. Covotorta.

Amphitheatrum cum Meta, & duplici Porticu. Strada f. 48.

\* FELICITAS PUBLICA S. C. Figura stans, dextra Caduceum alatum, finistra Cornucopia. Angellon. f. 80. num. 9.

\* FIDES EXERCITUUM S. C. Duz dextræ junctæ, Signo militari medio Rostro Navis imposito.

Angell. f. 75. \* FIDES PUBLICA S. C. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiz. Ex Oyfel. Tab. 85. n. 7. \* FORTUNÆ REDUCI S. C. Fortuna stans, dextra Temonem, sinistra Cornucopiz. Ind. Polatio. 101000 ET VIDUTIS S. C. Duz Figurz, quarum una dextra Hastam, sinistra Cornucopiz, \* HONOS, ET VIRTUS S. C. Duz Figurz, quarum una dextra Hastam, finistra Cornucopiz, altera dextra Scipionem, finistra Hastam. Ex Thef. Med. Reverendisfimus Noris.

IMP. AUG. F. COS. DES. IT. CÆS. AUG. F. DES. S. C. Titus, & Domitianus stantes cum. Haftis.

JU-

Digitized by Google

JUDÆA CAPTA S. C. (Duo Captivi fedentes fub Palma,

(Captivus sedens ad Trophæum.

. CAPTA S. C. Tres Figuræ militares stantes coram Imperatore.

\* JUDÆA CAPTA S. C. (Imp. stans, dextra Hastam, sinistra Parazonium, dextro pede Globum caleans, prope eum Palma, sub qua sedet Figura muliebris mœsta. M. N.

\* (Palma fructibus onusta, hinc inter Scuta sedet Figura muliebris, inde Captivus revinctis manibus stat Palmæ alligatus inter scuta. M.N.

JUDEA CAPTA S.C. \* (Figura moesta sedet inter arma ad Palmam. Angellon. f. 80. num. 6. \* (Palma, hinc Captivus alligatus, inde Figura moesta sedet ante Scutum.

*M*. *N*.

\* JUDEA S. C. Palma, fub qua hinc Figura muliebris, inde virilis, manibus post terga revinctis, prima sedens, secunda stans. Schedæ Pedrusianæ.

\* LIBERTAS PUBLICA S. C. Dea Libertas stans. Ex Ind. Polatio.

\* MARS VICTOR. Mars nudus Galeatus, dextra manu Hastam, lævo humero Loricam. Ind. Cavotorta .

PAX AUGUSTI S. C. (Figura fedens, dextra Ramum, finistra Hastam puram.

\* (Mulier, dextra Facem ad basim Aræ extinguens, sinistra Ramum Olez

tenens, cum Columna, cui Teuncula supraposita est, cum Clypeo ad basim Columnz. Ex Thes. Mediceo Reverendiss. Noris.

IMP. CÆS. VESPASIAN, AUG. P. M. TR. P. P. P. COS, III, in alio CENS,

A PROVIDENTIA S. C. Ara. Ind. Polatio.

PROVIDENT. S. C. Ara,

ROMA RESURGENS S. C. Imp. stans, dextram porrigit aliæ Figuræ procumbenti, cui alia Figura Militaris affistit.

ROMA RESURGENS S. C. Figura Militaris dextra Victoriolam, finistra Hastam.

\* (Figura stans ad Trophæum, dextra Palladium, sinistra Aquilam Legionariam... Ex Num. Arscot. Tab. 25. n. 15.

Roma infidens spoliis, dexera Sertum, finistra Parazonium.

\* ROMA S. C. (Figura mulieris infidens Collibus feptern, ad latus Tiberis decumbens, & Lupa cum Gemellis. Schedæ Pedrufianæ.

🔆 (Figura Militis stans, dextra Victoriolam, finistra Hastam. Num Fasco.

SALUS AUGUSTI S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Haltam.

\* S. P. Q. R. ADSERTORI LIBERTATIS PUBLICÆ. In Corona Quercea, Schedæ Pedrusiane.

S. P. Q. R. OB C. S. In Corona Quercea,

\* S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS. In Corona. En Ind. Pelatio.

\* S. P. Q. R. P. P. OB CIVES SERVATOS. In Corona Quercea, M. N.

\* SPES AUGUSTA S. C. Imp. stans, dextram porrigit tribus Figuris Militaribus, quarum una. Labarum, alia Aquilam Legionariam tenet. Angiellon, f. 80. n. 1. 2.

(Aquila expansis alis Globo infidens.

Mars Gradivus cum Spoliis.

( Mars, dextra Hastam, sinistra Signum Militare.

\* S. C. ( Spei Typus . Ex Ind. Polatio,

\* ( Imp. Laureatus in Quadrigis. Pat. Svet. f. 391.

\* ( Amphitheatrum . Num, Fasch.

\* ( Templum Veste Columnis, & Statuis ornatum. Ind. Cavotorta.

\* ( Imp. Paludatus stans, læva Hastam, dextra Victoriolam, ad pedes Imp. senex genussexus, & Figura mulieris Tunicata stans, dextram elevans, pone Palma. Vaillant. Tom. 1. f.32.

\* (Imp. Paludatus eques Captivum supplantans. Idem f. 33.

\* S. C. (Quadrigæ Triumphales aurigante Imperatore. Ibidem.

\* (Aquila Legionaria inter duo Signa Militària. Ibidem.

Capita Titi, & Domitiani se respicientia, sub duobas Fornicibus. Scheda Pedrussana. IMP. CÆS. VESPASIAN. AUG. P. M. TR. P. P. COS. III. in alio CENS.

🛪 TUTELA AUG. S. C. Figura muliebris fedens, binas Figuras parvas manu complecténs. Er Pat. Svet. f. 387

\* TUTELA AUGUSTI S. C. Ut superior. Ind. Polatio.

VESTA S. C. ( Vesta sedens.

\* ( Vesta stans. Pat. Ind. f. 8.

\* ( Templum Veste, Columnis, & Statuis ornatum. Vaillant. Tom. 1. f. 32.

VICTORIA AUG.<sup>4</sup>P. P. S. C. Victoria inferibens Clypeo Palmæ impofito OB CI. SER.

\* VICTORIA S. C. Imp. facrificans ante 'Aram prope Ædificium, & Victoria à tergo Imp. Lauream imponit. Schedæ Pedrusianæ.

VICTORIA AUG. S. C. Victoria Scutum alligans Palmæ, ad pedes Judæa.

IMP. CÆS. WESPASIANUS AUG, P. M. COS. III. in alies CÆSAR.

112

FORTUNÆ REDUCI S. C. Figura, dextra Ramum Olez, cum Temone, finistra Cornucopiz. PAX AUG. S. C. Pax, finistra Ramum Oleæ, dextra Tædam, qua armorum congeriem incendit, à tergo Columna, in qua Statua.

\* S. P. Q. R. ADSERTOR LIBERTATIS PUBLICÆ, In Corona Quercea, Vaill. Tom. 1. f. 31, IMP. CÆS. VESPASIAN, AUG. COS. III. in quibusdam CENSOR. \* ÆQUITAS AUGUSTI. Æquitatis Typus. Ind. Cavotorta.

ANNONA AUGUST. S. C. Figura sedens, dextra Spicas. Angest. f. 80. num. 12.

\* CERES AUGUSTI S. C. Figura fedens, dextra Ramum, finistra Hastam. M. N.

CONCORDIA AUGUSTI S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiz. M. N.
 FORTUNÆ REDUCI S. C. Ut superior. Num. Exstch.
 HONOS, ET VIRTUS S. C. Duz Figurz stantes, alia muliebris, alia paludata, ut in Vitellio.

Idom f. 77.

 $\star$  IMP.

Digitized by Google

🔆 IMP. AUG. F. COS. DES. ITER CÆS. AUG. F. DES. S. C. Titus, & Domitianus stantes dextris Hastas, sinistris Parazonium. Angellon. f. 80. n. 11.

k JUDÆA CAPTA S. C. Figura fedens fub Palma, hinc inde Scuta. M. N.

\* PROVIDENT. S. C. Ara. M. N.

**S** .:

۱

1

\* PROVIDENTIA S. C. Ara, seu Templum Jani clausum. Ind. Cavotorta.

\* ROMA S. C. Roma infidens Spoliis, dextra Lauream, finistro Cubito Sellæ nixa. Ind. Cavotorts.

\* S. C. Victoria gradiens dextra Scutum, in quo S. P. Q. R. M. N.

VICTORIA AUGUSTI S. C. Victoria calcans Rostrum Navis. Angellon. f. 79. Victoria stans, dextra Lauream, sinistra Palmam. Num. Fasch.

\* P. M. TR. P. COS. IIII. P. P. S. C. Hercules Basi instans, dextra Clavam, finistra spolia Leonina. Ind. Covotorta.

TR. POT. COS. IIII. P. P. S. C. Victoria stans cum Globo, in quo S. P. Q. R.

SECURITATI PERPETUÆ S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopia.

TRAJANUS AUG. COS. IIII. P. P.

Figura sedens attracto crure, è cujus regione duzaliz Figurz captivz revinctis manibus, Bacchus sublimi Curru vectus, hædera coronatus semiaudus, dextra Thyrsum, sinistra velamenti genus supra caput tenet : Hunc advolans Victoria Laurea donat, Currus duabus Tigridibus trahitur, pompa varia Bacchi Currum præcedens Annar inflat, Belluss Silenus, Satyrique colludentes ducunt ad Deum intenti, infimo loco tres Calvariæ, aut personæ, Cyathique conspiciuntur. TRAJANUS AUG. COS. IIII. P. P.

.... Ariadnam in Cœlum vectam exprimit, quam Poëta describit, cùm inquit:

Lyncibus in Calum vetta Ariadna tuis.

Venatio Cervi, & Leporum. Ant. Augustin.

IMP. CÆS. NERVA TRAJANUS AUG. GER. P. M. TR. P.

COS. IIII. P. P. S. C. Ceres duobus Cornibuscopiis insidens, dextra Scipionem eburneum.

IMP. CÆS. NERVA TRAJANUS AUG. COS. IIII. P. P.

Diana seminuda Rupi insidens, dextra admota, dextræ Papillæ, sinistra Velum, quod circa Deæ caput ventilat, continet, intuens Juvenem è regione cubautem, fortè Endimionem, qui velut è somno experrectus, dextra Strophium, circa verticem, in circuli formam implexum, apprehendir, finistra illius extremam fimbriam tenet. Cupido quoque advolat tanquam dormien-

tem exciturus cubitu contreclato, dextra Cornucopiæ gestans. IMP. CÆS, NERVA TRAJAN, AUG., GERM. P. M.

\* Figura infiftens quatuor Cornibuscopiis, dextra Caduceum. M. N. \* TR. POT. COS. IIII. J Victoria feminuda, dextra Lauream, finistra Palmam. Ind. Polatio.

\* Figura fedens, dexrea Pateram ad Aram renens, finistra Cornucop. Ind. Cavot. \* Figura infidens binis Cornucopiis, dextra Sceptrum. Ibidem. **P. P. S. C.** 

\* Victoria Scutum tenens, in quo S. P. Q. R. Musai Cospiani.

IMP. CÆS. TRAJAN. AUG. GERM. P. M. TR. P.

\* TR. POT. COS. IIII. P. P. Victoria gradiens, dextra Scutum, in quo S. P. Q. R. Angell. f. 106. \* TR. POT. COS. IIII. S. C. Victoria alata stans, dextra Lauream, sinistra Palmam. Idem f. 122.

\* TR. POT. COS. IIII. P. P. S. C. Figura muliebris seminuda stans, dextra Lauream, finistra-Palmam. Col. Traj. n. 11.

#### TRAJANUS TR. P. V. VI. COS. UII. IMP. III.

COSS. C. Sofrus Senecio III. (1) L. Licinius Sura II.

A.U.C. 855. Christi 102.

Decebalus à Trajano pacem petit per Legatos, is ad Senatum cos delegat, & cum il dem in Italiam redit.

IMP. CÆS. NERVA TRAJAN. AUG. GERM. P. M.

TR. POT. V. COS. IIII. P. P. S. C. Figura fedens, dextra Ramum.

TRAJANUS TR. P. VI. VII. COS. IIII. DES. V. IMP. IV.

OSS. Suranus II. P. Neratius Marcellus.

Pax cum Decebali Legatis Romæ à Senatu firmata, hinc Trajanus IMP. IV. & DACICUS dictus de Dacis

triumphat \_ TRAJAN. AUG. GERM. DACICUS.

\* OPTIMO CIVI. In Corona. Ex Thef. Mauroceno J. C. Bon.

IMP. CÆS. NERVA TRAJAN. AUG. GERM.

\* DACICUS COS. IIII. Hercules: nudus, dextra Clavam, finistra spolia Leonis. Ex Thef. Mediceo

Keverenaijimus Noris.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC.

PIETAS PERPETUA. Figura stolata stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiz. IMP. NERVA CÆS. TRAJAN. AUG. GERM. DAC. P. P.

COS. II... Diana Polymamma in Templo duarum Columnarum, in cujus Periftylio DIAN. PERG. Diana Pergea Iconem hoc Nummo signatam arbitratur Clariffimus & Eruditiffimus Patinus in Thefauro, ubi eam produxis, cui & ego subscribo.

IMP. TRAJANO AUG. GERM. DAC. P. M.

\* TR. P. COS. IIII. P. P. Imp. in Quadrigis. Musai Davie.

(\*) Vide notam: fub anno Christi 99.

Digitized by Google

IMP.

IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. IV. P. P. \* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI ALIM. ITAL. Figura mulichris stans, finistra Cornucopia, dextra Figuram Togatam tenet. Ibidem.

IMP, CÆS. NERVA TRAJAN, AUG. GERM. P. M. T.R. P. VI.

Figura infiden's duabus Cornucopiis. M. N. Figura muliebris fedens, dextra Ramum, finistra Hastam.

IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. P. P. S. C. Musai Cospiani. \* Figura sedens ante Aram, dextra Pateram, sinistra Cor-

nucopiæ. Ibidem.

## IMP. CÆS. NERVA TRAJAN. AUG. GERM. DACICUS P. M.

🔆 TR. P. VII. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. P. P. Victoria pede dextro Globo imposito gradiens, sinistra Trophæum, dextra Lauream. Musei Cospiani.

\* TR, P. VII. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. P. P. S. C. Ut superiori Typo. D. Magnavace.

Ex his quinque superioribus Nummis discimus Trajanum V. Consulem designatum fuisse currente ejusdem TR. P. VI. & VII. incipiente, unde Consules hujus anni in Fastis signatos mutavimus, erant enim in Fastis signati TRAJANUS AUG. V. MAXIMUS, quos reposuimus anno sequenti, à quo Coss. hujus anni mutuavimus, ut Chronologia Nummis firmata, pristim nitori restitueretur. L. Appius II.

\* TR. POT. VII. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. S. C. Imp. Paludatus infidens Trophzo, dextra Hastam gerens, ante quem alia Figura Paludata genusiexa, tertia stans assistit . Vaill. Tom. 1. f. 51.

\* TR. P. COS. IIII. S. C. Quadriga, in qua Imp. dextra Ramum Lauri, finistra vel Sceptrum Confulare, vel Aquilam Legionariam. Num. Arscot. Tab. 34. n. 23.

Primus Trajani Triumphus Dacicus hoc Nummo absque dubio signatus est.

TRAJANUS TR. P. VII. VIII. COS, V. IMP. IV.

#### (1) COSS. Trajanus Aug. V. L. Appius Maximus II.

'A.U.C.857. **Christi** 104.

- Trajani secundum Congiarium. Decebalus Pacis conditiones non implet.
- IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. Au.
  - COS. V. S. P. Q. R. OPTIMO PRINC. ALIM. ITAL. Imp. distribuens alimenta Parvulis. Figura sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.
    - Alimenta V. millibus pueris ingenuis à Trajano in Italia affignata nos docent Plinius Panegyriftes, Dio, & Zonaras, sed hoc factum fuisse statim initio Principatus scribunt, Nummis verò IV., & V. Trajani Consulatum hoc signatur.
  - IMP. NERVA TRAJANUS AUG. GER. DAC,

S. P. Q. R. In medio Nummo. COS. V. S. P. Q. R. In medio Nummo.

IMP. CÆSAR NERVA TRAJAN. AUG. P. P. Ar,

ALIMEN. ITALIÆ S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Figura muliebris stans, dextra Cornucopiz, læva puerum demonstrat Imperatori, qui stat in suggestu. Ex Thef. Mauroceno J. C. Bon.

- \* DACICUS COS. V. Victoria alata gradiens, dextra Lauream, finistra Palmam. Ex Thes. Theupol. J. C. Bon.
- IMP. CÆS. NERVA TRAJAN. AUG. GERM. DACICUS P. M. Æ.
  - \* COS. V. CONGIAR. SECUND. S. C. Imp. distribuens Congiarium cum quatuor Figuris. M.N. IMP. CÆS. NERVA TRAJAN. AUG. GERM. DACICUS P. M.

Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastile.

- Roma Galeata infidens spoliis, ante quam Imp. stans dextra Victoriolam, ad pedes alia Figura Captivi fedens.
- \* TR. P. VII. IMP. IIII. | Figura nuda infidens strui armorum, sinistra Victoriolam, cui dextram COS. V. P. P. S. C. Vir Togatus stringit. Ex Thef. Mediceo Reverendisfimus Noris.
  - \* | Roma Galeara infidens spoliis, dextra Victoriolam accipit ab Imperatore Togato. M. N.
    - Figura duobus Cornucopiis infidens, dextra Sceptrum. M. N.
  - \* Imp. in Quadrigis, dextra Laurum, finistra Scipionem. Ex Thef. Mediceo Reverendi/fimus Noris.
- IMP. CÆS. NERVA TRAJAN. AUG. GER. DAC. P. M.

TR. P. VII. IMP. COS. V. P. P. S. C. Roma infidens spoliis, cui Imp. Paludatus Victoriolam porrigit.

Nummos V. Trajani Confulatu cufos in claffes divifimus, eafque fingulis annis, qui inter V. & VI. Confulatum sunt, distribuimus, ut facilius inveniri possent hoc pacto.

Omnes Nummos reposuimus cum inscriptione. COS. V. S. P. Q. R. OPTIMO A. U. C. 858. Item P. M. TR. P. COS. V. P. P. PRINCIPI.

152

Æ.

-Item qui ad ARABIAM ADQUISITAM spectant. A.U. C. 859. [Ad Daciam captam, & Provinciam factam, & cum inferiptione S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI tantùm. A.U. C. 860. [Assignavimus Nummos, qui Triumphum secundum Dacicum indicant, & Nummos, qui cum S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI, ac aliqua alia inscriptione. A.U. C. 861. [Qui cum inscriptione, SENATUS POPULUSQUE ROMANUS, tam fold., auàm cum alia inscriptione. quàm cum alia inscriptione. A.U. C. 862. [Nummos affignavimus, qui V. Trajani Confulatu signati sunt cum diversis inscrip-tionibus, à superioribus dissimilibus. A.U. C. 863. Cum TR. P. XIIII. & Titulo OPTIMI. A.U. C. 864. Retulimus Nummos cum COS. DES. VI.

TRA-

(1) De Conf. V. Trajani, qui sub hoc anno confign. cum potius ad Ann. anteced. referend. effer, diversimode sen-tiunt Antiquarii. Certe mel, note Au&. sub ann. 103. reponunt Conf. V. Trajani. De hoc judicent Eruditi.

Digitized by Google

#### RAJANUS. T

## TRAJANUS TR. P. VIII. IX, COS. V. IMP. IV.

(1) COSS. C. Jul. Candidus II. C. Numid. Quadratus.

Bellum secundum Daoicum incipit. Pons supra Danubium extruitur. Palma Syria Preses Arabes Bostrenos in P. R. potestatem redigit.

dur. IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P.

In Corona Quercea. Figura stans cum Hasta.

COS. V. P. P. S. P. Q. R. **OPTIMO PRINC.** 

Victoria dextra Lauream, finistra Palmam, & Globum. Figura dextra Ramum, finistra Columnæ nixa.

Figura sedens, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ.

VESTA. Vestæ sedentis Typus.

COS. V. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINC. Figura velata stans dextra Caput Solis, sinistra Lu-næ, Ibidem n 18

\* | Figura stans, dextram super Aram portendit, finistra Bacillum. Ibidem n. 22.

\* - Victoria instana Clypeo Dacico dextra Lauream, finistra Palmam. Oysel. Tab. 68. n. 12.

COS. V.P.P.S.P. Q.R. OPTIMO PRINCIPI.

\* ] Roma Galeata sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. Col. Trajan. n. 32.

\* COS. V. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINC. ARABIA. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Calamum, prope cam Camelus. Num. Arfcot. Tab. 35. n. 11.

IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P.

\* . ÆT. AUG. Figura stans dextra Caput Solis radiatum, sinistra Caput Lunz. P. Minii.

\* DANUVIUS. Danuvii fluvii jacentis Typus, dextra Temonem, finiitra Vas, ex quo aquas effundit. Oysel. Tab. 24. n. 3.

PAX. Cum Dea Pace.

Figura stans dextra Hastam per transversum, ad pedes Ara accensa. Musei Davia.

- PIET. 🔆 Figura Typus Pietatis ad aram Sacrificantis . P. Minii .
- VESTA. Figura sedens, dextra Palladium, finistra Palmam, alius Haftam puram.

Fortuna dextra Temonem, sinistra Cornucopia.

**COS**. Q. P. P. S. P. Q. R. **OPTIMO PRINC.** Figura stans dextra Bilancem, sinistra Cornucopiz.

Spei Typus.

Victoria stans, dextra Lauream, sinistra Palmam.

Figura in aliis stans, in aliis sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopia.

Figura dextra Caduceum, aut Ramum porrigens, finistra Cornucopiæ.

Figura innixa Columne, dextra Ramum porrigens. Figura Militaris dextra Victoriolam, finistra Trophzum.

Trophzum de Dacis.

Figura stolata stans, dextra Ramum cum Struthione.

Figura sedens dextra Victoriam, sinistra Hastam.

Figura velata stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.

Victoria stans dextra Sertum, finistra Palmam. M. N.

Trophæum armorum. M. N.

Figura stans dextra Icunculam, sinistra Hastam. P. Minii.

Figura sedens dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ.

IMP. TRAJANO AUG. GERM.

COS. V. P. P. S. P. Q. R. OP. PRINC. Figura Militaris dextra Victoriolam, finistra Hastam, IMP. CÆS. NERVA TRAJAN. AUG. GERM.

\* DACICUS COS. V. P. P. Figura fedens dextra Pateram, finistra Palmam. Thef. Theupol. IMP. NERVA TRAJANUS AUG. GER. DAC.

Mars dextra Victoriolam, finistra Hastam, aut Spolia.

**P.** M. TR. P. COS. V. P. P.

Fortuna dextra Temonem, finistra Cornucopiæ.

-Figura stolata dextra Ramum, finistra Bacillum.

IMP. NERVA TRAJANUS AUG, GER. DACICUS. \* P. M. TR. P. COS. V. P. P.

Victoria coronans Imperatorem. M. N.

Victoria alata, & stolata gradiens, dextra Lauream, sinistra \* Palmam. Musai Cospiani.


IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAČ. P. M. TR. P. COS. V. P. P.

ARABIA AUGUST. PROVINCIA. Puer ducens capiftro Camelum, cui affistit Figura stolata,

153

A.U.C. 858. Chrift i 105.

uckita Laureann,	unitra Scipionem	Minitarem teneus.
------------------	------------------	-------------------



Digitized by Google

IMP. CÆS. NERVA TRAJAN. AUG. GERM. DACICUS P. M.

Figura Militaris Trophæo infidens, cui Imp. Victoriolam porrigit.

TR. P. VIII. IMP. IV. COS. V. P. P. S. C. Trajanus Triumphans.

\* Figura Galeata, dextra Hastam, lævo cubitu sedi adni-

tens, duabufque hinc inde Cornucop. Ind. Crootor.

\* Figura seminuda sedens, prope quam alia Figura nuda stat, ex alia parte Figura nuda Equum. retinens, sinistra Hastam puram. Angellon. f. 123. n. 10.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DÁC. P. M. TR. POT.

In Corona Quercea.

COS. Q. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. J REST. ITAL. Imp. ftans manum porrigens

Figuræ in genua procumbenti cum.

duobus puerulis.

PIET. Figura sacrificans......

IMP. CÆS. NER. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P.

\* POR. AUG. Portus, ut in Nerone sola Navi media. Musei Paparotii.

Nummus hic testis superbissimi Portus à Trajano prope Centum Cellas ædificati. (1)

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAČ. P. M. TR. P.

\* Figura nuda cum Scuto Centaurum ante se stantem oppugnat. Ind. Pellegrini Ascanii.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJAN. AUG. GERM. DACIC.

P. M. TR. P. COS. V. P. P. S. P. Q. R. S. C. Duz Figurz jungentes dextras.

. . . . . . . .

154

Mars Gradivus dextra Victoriolam, finistra Trophæum. Num. Arscot. Tab. 35. n. 17.

COS. V. S. P. Q. R. OPTIMO PRINC. S. C.

Figura stans dextra elata cum Caduceo, sinistra Cornucopiz. *Ibidem n.* 20.

\* | Figura stans dextra Cornu inversium, sinistra Hastam. Ibid. n. 23. \* | PAX. Figura stans, dextra Facem, qua spolia comburit, finistra

Haftam. Ibidem n. 21.

\* S. C. Imp. fedens in fuggestu alloquitur Cohortes. Sunt decem Figuræ cum Equo, & Signo Militari. Num. Arscot. Tab. 33. n. 19.

🔆 Victoria in Bigis, dextra Lauream, finistra Palmam. Col. Trajan. n. 35.

- \* TR. P. VIII. IMP. IV. COS. V. P. P. S. C. Victoria gradiens dextra Lauream, finistra Trophæum. Col. Traj. n. 13.
  - PORTUM TRAJANI S. C. Portus variis ædificiis ornatus, in cujus medio Triremis Imperatoria ornata, & aliæ Triremes.
  - Ad Portum à Trajano propè Centum Cellas ædificato, cujus meminit Plinius epift. 31. lib. 6. referendus Nummus.

\* PORT. OST. S. C. Portus Ostiens, qualis in Neronis Nummis, cum tribus Navibus. Num. Arscot. Tab. 33. n. 23.

Portum Offienfem aliqua infigni refectione à Trajano auctum Nummo boc intelligere licet, filentibus Hiftoricis.

IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P.

EXPEDITIO AUG. S. C. Figura equestris, dextra Pilum præeunte Milite Legionario.

EXPEDITIO GER. Imp. eques Milite præeunte, & aliis subsequentibus.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V.

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. PONS TRAJANI DANUVIUS. Pons à Trajano Danuvio impositus, de quo Dio, & marmor antiquum in Dacia, sic

PROVIDENTIA AUG. VERE PON-

TIFICIS VIRTUS ROMANA QUID

NON DOMET? SUB JUGUM ECCE

RAPITUR ET DANUVIUS.

Extant bujus Pontis vestigia apud Serinium, quod Danuvio imminet Castellum, ubi cum Heraclio Cosroëm congressium habuissi ferunt.

\* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI PROFEC. AUG. S. C. Imp. eques præcunte Milite, & duobus fublequentibus. Col. Trajan. n. 2.

(2) Ad profectionem Dacicam secundam referendus Nummus, ut & superiores.

TRAJANUS TR. P. IX. X. COS. V. IMP. V.

COSS. L. Cejonius Commodus Verus. L. Tutius Cerealis.

Decebalus victus, & ad mortem compulsus, & Dacia Provincia faita.

Aur. IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P.

Daciæ captivæ Typus, plures diversi.

Figura equestris Captivum prosternens.

Figure militaria devera Haftam finifire Sciningen militare

Digitized by Google

A.U.C. 859. Gbristi 106.

	rigura mintaris dextra riatan, nintua scipionem mintarem.
S. P. Q. R. OPTI	10 Figura militaris Galeata stans dextra Hastam, sinistra Scurum.
PRINCIPI.	J In Corona Quercea.
	Imp.stans dextra Hastam, sinistra Scipionem, cui Victoria Lauream imponit.
	In Trophai Clypeo, quem Victoria gestat DACIA.
	Alius diversus cum Dacia capta.
	Figura stans inter spolia cum DAC. CAP.
•	Victoria stans ambabus manibus nixa Trophzo, aut Scuto, in quo erant literze abolitz, forte DACIA.
	S P

 (1) Nummus hic Centumcell. Portus zdificat. indicans reponatur sub anno U. C. 856. Christi 103. ex Sent. Tilemontii, & Plinii, quo Trajanus Consulatum V. iniit, secundum Auctores, ut dictum est, melioris note.
 (2) Harduino non placet hzc Trajani secunda in Dacos prosect. quam sabulosam vocati; num sit audiendus Periti judicent.

			A J						<b>155</b>
	S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI	Dacia c	apta infid um Duci	iens ipo	liis, m	anibus	à tergo	revinctis cum DAC. CA	C. CAP.
	* S. P. Q. R. OPTIMO	PRINCI	μĴ	cas. 1	Num.	Arfcot.	tab. 34.	n. 11.	-
	•				atus le Tom.			a milit supplicem	exhibet.
Ær.	IMP. TRAJANO AUG.	GER. D.	AC. P. M	£	•	•		· · ·	
	DAC. CAP. Figura in	nfidens (p	oliis, fmi	iltra mer	nu Cap	out fuß	lentans.		
	IMP. NERVA TRAJAN P. M. TR. P. COS. V	. P. P. D	J. GER. Dacia capi	DACIC ta hnmi	iUS. fedens	<b>.</b>			,¢
	DACIA CAPTA. $Vu$	<i>k</i> Scalige	rum de er	mendatio	ne Ten	spor. l	ib. 5.		
	IMP. NERVA TRAJAN	US AUC	GER.	DAC.			-	Parture Galleineans	
	P. M. TR. P. COS. V	7. <b>P. P</b> .	Trophzu	im de D	acis.			Caput sustentans.	
	IMP. CÆS. NERVÆ TI	RATANO	Victoria	fedens,		Pater	am, finif	ra Palmam.	
		Figura	milit. de	xtra Ha	ftile f	iniftra	Scutum	<b>UJ. V. F. F.</b>	
·		Daciz	<b>Gaptivæ</b> '	Typus,	plares	diverfi		· • • • •	•
	· .	Figura	extra Ca	aduceun teram f	n, fini ivner A	itra Co	rnucopiæ	, in alio ad pedes proucop. ad pedes N	A <b>ra</b> Javie
		Figura	tenens fp	oicas fup	ra mò	dium,	dextra C	ornucopiz.	
	S. P. Q. R. OPTIMO	J Figura	Galeata d	extra Ha	astam, I	linistra	Bacillum	, levans pedem finif	trum.
	PRINCIPI.	Figura	ypus dex sedens, a	ante cui	em, 11	niitra S Na Dro	combit P	rovincia.	
		Tropha	zum trun	co Arbo	xis im	pofitur	n.		
	*		fuccincta I. N.	i stans d	extra l	Paterar	n super A	lram, finistra Corr	ncopiz.
	IMP. TRAJANO AUG		fedentis 7	Typus,	cum u P	rna, e	r qua Aq	uas effundit. M.	<b>N</b> .
	,- ,-	-Figura	militaris	stans de	xtra V			ftra Trophzum.	
		Figura	stans dex	ttra spic	as por	enden	s luper v	asculum, finistra (	Cornuco-
• •	<b>5. P. Q. R. OPTIMO</b> <b>PRINCIPI</b> . *	J pia Miles a	<b>z</b> , à terg radiens d	o Prora extra P	iNavis alladiu	m. An	n. r <i>ajon.</i> istra <b>Tr</b> os	pbæum . Ibidem .	
	***	Captivi	us fub Ti	rophæo.	. Р. М	linii .			-
	*	Victori	ia alata In	mp. cor	onans.	P. M	inii . Fiolio Fi	. Class	,
	*	Tria fig	mul. ftan gna milita	ria ereć	ta. Ej	iufdem		wlaciw	. •
	•••••••••••	-Imp P	andame	Anne de	vera W	laftam	ante di	: nem Figura gennfi	era Glos
	S. P. Q. R. OPTIMO	) bi	um hume	ris fustin	net.V	aill. T	om. 2. f. (	62.	
			iz, ad ped	les Navis	s.ex d	ua Serp	ens erum	rtendens, finistra ( pit, N. Arfcot. tab.	Cornuco- 34. n. 13.
	IMP. TRAJANO AUG.	GER. D.	AC. P. M	<b>1. TR</b> . ]	P. CO	S. V. 1	P. P.		
		ne	ns, dextr	ra binos	Olez	Ramo	nariam p porrigit	er transversum sin Figuræ in genua	procum-
	S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. *	e	nti Muj muliebris			denn	am porte	ndens, cum spicis	, finistra
	•	C C		e, ad p	edes m			is, à tergo Puppi	
IM	<b>P. TRAJANO AUG</b> . GER	DAC.	P. M. TF	R. P. 🚬			· · ·		
	•	×∫ <sup>™</sup>	Trophæ ictoria in Fæ(ch.	fcribens	o, que Clype	m Vić o, Pal	toria gefi mæ Ram	ar, DACIA. o suspenso DACIA	A. Num.
	COS. V. P. P. S. P. C. OPTIMO PRINC.		igura Aan	inter i	fpalia babne	cum E	AC. CA	P. Crophæo , in cujus	
	<b></b>	· ·	DACI	I <b>A</b> .				•	
	COS. V. P. P. S. P. (	C.R. OP	TIMO P	RINCIE			Figura	ntans cum DAC. Itans inter spolia tergo revinctis.	manibus
E.	IMP. CÆS. NERVÆ T	RAJANC	AUG.	GER, L	DAC. I	P. M	rr. p. c	OS. V. P. P.	
		Figura	stanz, de	xtra Ra	mum (	okz,	finistra C	ornucopiz, aliam	Figuram
• */			rvam lup dem man						
		Tropha	eum ante	quod F	ligura	Spoliis	infidet.		•
<i>.</i> ′	S. P. Q. R. OPTIMO	Figura	Galeata ft gura parv	ans, de	ktra <sub>.</sub> V	ictoria	lam, fini	stra Hastam, ad p	edes alia
		, <b>F</b> I	Eura Pall						

t

ł

Ķ

;

P. Q. R. OPTIMO Figura parva. PRINCIPI S.C. \* Figura Galeata ftans dextra Victoriolam, finistra Hastam. M. N. In Corona Quercea.

- Quadriga, in qua Imp. dextra Sceptrum Confulare, finistra Ramum. Col. Traj. n. 33. Figura stans dextra Temonem, finistra Cornucopiz. Figura stans, dextra Temonem, finistra Cornucopiz, à tergo Navis. \*
- や
  - Ind. Polatio.
    - Figura stans sinistra Cornucopiæ, dextra duas spicas super vasculum spi-cis plenum portendens, à tergo Prora Navis. Figura seminuda, dextro brachio arundinem portendens, aliam Figuram
    - supplantans. Victo.

Digitized by Google

**OPTIMO** 

**S.** C.

Victoria Palmam tenens, & dextram Trophæo imponens.

Figura stans in suggestu, ad cujus pedes aliæ parvæ Figuræ, & quatuor Aquilæ, dextra tenet Ramum, sinistra Scipionem, ejusque Capiti Victoria Lauream imponit.

Figura stans dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ.

Figura stans dextra Fulmen, finistra Hastam, à tergo Victoria, sinistra Palmam, dextram imponit capiti prioris Figuræ.

Figura stans dextra Pateram, sinistra Spicas cum Papavere.

Salutis sedentis Typus cum Ara, & Serpente. S. P. Q. R.

Templum Jovis, cum tribus Victoriolis in Peristylio, in cujus medio Jupiter sedet, duz Porticus Templo adjunctz. PRINCIPI

Spei Typus. M. N.

\* Figura Militaris irruens in alium ante se jacentem, veluti supplantans. Num. Fesch.

Templum octo Columnarum cum Idolo medio. M. N.

Figura fedens, dextra Pateram cum Serpente.

Figura stans, dextra Pateram imponens Arz accensa. Ind. Cavotorta. Tria figna Militaria.

Victoria, sinistra Palmam, dextra Lauream Imp. imponit, qui sinistra Hastam, dextra Fulmen tenet.

Vir Togatus stans supra Basim, cum binis utrinque in terra avibus, ac puero manus \* extendente, finistra Victoriolam, dextra Ramum gerens. Ex Thef. Mediceo Reverendissimus Noris.

IMP, CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. in aliis. GERM. \* In Laurea. Ind. Polatio.

Figura Supplicantis ritu.

Circus maximus.

Quadrigæ Triumphales, in quibus Imp. Ex Ind. Polatio.  $\mathbf{X}$ 

Victoria dextra Ramum, finistra Palmam.

Figura stans dextra Ramum, sinistra Parazonium. Musai Cospiani.

Mars Gradivus dextra Hastam, sinistra Signum Militare humero tenet. Ibidem.

- Figura portendens duas Spicas super Panarium, sinistra Cornucopia cum Prora Navis.
- Victoria gradiens dextra Lauream, finistra Palmam. Ind. Polatio
  - Figura stans dextra Hastam, finistra aliquid ostendens Figuræ genuslexæ manibus elatis. Ind. Pellegrini Ascanii.
- Figura mœsta Scuto infidens coram Trophæo armorum Germanicorum. M. N.
  - Figura Militaris Galeata stans, dextra Hastam, sinistra Parazonium, dextrum pedem. Galeæ imponens.

OPTIMO \* Quadrigæ Triumphales aurigante Imperatore. Emblem. Sambuc. PRINCIPI\* Figura itana, dextra Spicas super Panarium Spicis plenum portendens, sinistra Hastam. M.N.

**S** P. Q. R.

**S**. C.

\*

\*

Duz equestres Figurz decurrentes cum Captivo strato ad pedes. P. Cattanei. Figura equestris captivum supplantans. M. N.

Templum spoliis ornatum, in cujus Peristylio J. O. M. M. N.

Figura stans, sinistra Cornucopiz, dextra Facem, qua arma comburit. M. N.

Plura Scutorum genera, ut in Domitiano. M. N.

Claya Leonis exuviis infiltens. M. N.

Figura Militaris dextra Hastam, sinistra Scutum. Num. Arscot. tab. 35. n. 5.

\*\*\*\* Victoria inferibens Clypeo Trophzo appento. Ex Ind. Polatio.

Victoria infcribens Clypeo Bafi impofito.

\* Pons supra Danubium cum Ædificio anteriori, & Navicula. Ind. Cauptorta. Trophaum cum Spoliis.

\* Figura sedens dextra Ramum, ante quam Figura genufiexa manibus elatis. M. N.

Figura Galeata spoliis insidens, dextra elata cum Victoriola, sinistra Hastam. Ind. Cavotorta.

\* Figura Militaris stans dextra Hastam, sinistra Parazonium. Musai Cospiani.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. POT.

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. In Corona Quercea.

IMP, CÆS. NERVA TRAJAN. AUG. GERM. DACICUS P. M.

\* Plura Scutorum genera cum Labaro, & Hasta . Angell. f. 122. num. 16.

\* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. | Figura Laureata fedens, dextra Ramum, ad cujus pedes alia Figura parva genuflexa cum Pileo Barbaro. Idem f. 122. num. 18.

IMP. CÆS. NER. TRAJAN. OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P.

\* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. Figura stolata stans, finistra Hastam, dextram ad Globum extendens. Musai Cospiani.

\* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. Victoria inferibens Clypeo trunco arboris appenfo VIC.

DAC. Mujær Cojpiam.	
•••••	* Trajanus dextra Fulmen, finistra Hastam puram, cui Victo-
	ria Lauream imponit. Spanhem. f. 395. * Imp. cum alia Figura stantes in substructione, infra quam.
	quatuor Figuræ stantes dextris elatis, alia verò prope obeliscos decumbens. Num. Arscot. Tab. 33. n. 18.
	* Indumentum Thoracis Militare paludamentum. Patin. Ind.
<b>5.</b> P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S.	C. ] f. 10.
	x Imp. dextra Victoriolam cum Captivo. Ibidem.
	* Imp. sedens. Patin. Ind. f. 10.
	Figura muliebris sedens, dextra porrigit Caduceum alatum
	Figuræ Militari genuflexæ. Vaill. Tom. 1. f. 52.
	Ump. eques dextra Pilum. Ibidem f. 49.
· }	DA-

Digitized by Google

## TRAJANUS.

\* DACIA AUGUST. PROVINCIA S. C. Figura rupibus infidens dextra Spicas, finistra Signum Militare, ante eam puerulus uvæ botrum tenens. Ind. Polatio.

IMP. CÆS. NERVA TRAJANO AUG. GER. DAC.

DACIA AUGUSTA PROVINCIA alius AUGUSTI alius AUGUST. S. C. Dacia infidens Sellæ rupi impositæ, Coronam triticeam Capite gestans cum assistente puerulo uno Spicas, & alio Racemum, seu Glandem porrigentibus, dextra Aquilam Legionariam.

#### TRAJANUS TR. P. X. XI. COS. V. IMP. V.

OSS. C. Sofius Senecio IV. L. Licinius Sura III.

A.U.C. 860. Christi 107,

Trajanus de Dacis iterum triumphat, & Congiarium tertium P. R. distribuit.

#### Aur. IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P.

\* -Quadrigz Triumphales, in quibus Imp. dextra COS. V. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINC. Sceptrum Eburneum, sinistra Ramum. Num. Arscot. Tab. 34. n. 23-

IMP. NERVA TRAJANUS AUG. GERM. DAC.

COS. V. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINC. Quadrigz Triumphales cum Imp. sedente, dextra Ramum Lauri,

IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. AT.

Æ.

\* S. P. Q. R. OPTIMO ALIMENTA ITALLÆ. Figura stans cum Parvulo ad pedes. P. Minii. PRINCIPI. \* DA. CA. In Clypeo, quem Victoria tenet. Num. Fasch.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P.

\* CONGIARIUM TERTIUM S. C. Imp. fedet in fubstructione, prope quem alia Figura fedens congiarium distribuit Figuræ scalam ascendenti, in substructione alia Figura stans cum Congio, & Vafi. Num. Fasch.

ALIM. ITAL. Figura mul. stans, sinistra duplex Cornucopiæ, dextra duas Spicas, quas portendit supra puerulum infra S. P. Q. R. OPTIMO Itantem Figura mul. dextra Stolam ex humeris pendentem tenet, PRINCIPI S. C. \* finistra Cornucopiæ, ad pedes puerulus. Ex Ind.

Polatio .

AQUA TRAJANA. Fluvii decumbentis fimulacrum.

Aque Martie ductus verustate collapsos vel attritos Trajanus à via Valeria Romam 22. milliarium spatio refecit, Urbique faluberrimam, & necessariam omnino reddidit aquam, id testante Frontino, & Nummis.

-ÆGYPTOS. Sphingis Typus.

IND. P. R. Rhinoceros.

S.P.Q.R. OPTIMO

- TIGRIS. Tigridis Fluvii forma expressa . VIC. DAC. Figura finistro crure infidens Globo, finistram admovens Scu-**PRINCIPI S.C.** to Palmæ impófito.
  - VIC. DAC. In Clypeo, cui Victoria infcribit, Trunco Palmæ imposito. \* D. Camilli Picchi Nob. Ancon.

LINDIA PRO P. R. Rhinoceros.

Refert Zonaras in excerptis Dionis, Trajanum Indorum etiam Dominium animo agitasse, dixisseque, Si Junior effet, se illos quoque petiturum, cujus voti testes sunt hi Nummi

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. NILUS. Nili Typus cum Imp. & tribus militibus.

- Nili Fluvii simulacrum, scirpea Corona Coronatum, senili aspestu, pubetenus nudum, dextra\_ arnam fubvertens, cum Crocodillo, & Hypopotamo animalibus Nilo familiaribus, ut & Sphyngis Typus Ægypto, Cæterùm Nummi hi, vel transitum Trajani per Ægyptum, cum ad Arabicas, Partbicasque expeditiones processit, vel ejusdem ex Babylone reditum. indicant
- S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. VIRTUS AUGUSTI TIGRIS. Pons fupra Tigrim. stratus cum Fluvii Typo.
- Post Adiabenem à Trajano conquisitam, Babylonem usq; pervenit, ubi Tigri Ponte imposito, eoque trajetto Ctefiphontem (illam fatalem Romanis Urbem) est ingresses; Pons vero & Trajano Tiri impositus in Nummo cernitur.

IMP. CÆS. TRAJANO AUG. GER. DAC.

. . . . . .

- \* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI ALIM. ITAL. S. C. Imp. fedens dextra porrigit spicas Figuræstanti, prope quam pueri figura; Imp. sinistra Hastam tenet. M. N.
- IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P.
- S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI FIDES MILITUM S. C. Imp. cum Figura muliebri, finistra. Cornucop. tenenti alloquitur milites.
- IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC.
- \* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI ITALIA RESTIT. S. C. Imp flans finistra Sceptrum, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, inter Imp. & Figuram tres Figuræ stantes, elatis dextris. Thef. Theupol.

\* ITALIA REST. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. Imp. stans habitu Consulari finistre. fignum militare, dextram porrigit Figuræ turritæ dextro genu ante Imp. flexæ, finistra Glo-bum, dextram Imp. porrigenti. Ind. Polatio. \* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. REST. ITAL. Imp. togatus flans fablevar Figuram.

muliebrem in genua procumbentem, juxta eam duz lounculz stantes. Vaill. Tom. 1. f. 41.

Rr

TRA-



# T R A J A N U S.

#### TRAJANUS TR. P. XI. XII. COS. V. IMP. VI.

COSS. Appius Amnius Trebonianus Gallus. M. Atilius Metell. Bradua.

A.U.C. 861. Chrifti 108.

Æ.

Hadrianus ProPrætor Pannoniæ, Sarmatas reprimit.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. \* SENATUS POPULUSQUE ROMANUS S. C. Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cor.

nucopiæ. M. N.

IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P.

\* SENATUS POPULUSQUE Victoria, dextra Lauream, finistra Palmam. M. N.

ROMANUS S. C. Haftam, M. N.

 SENATUS POPULUSQUE Imp. stans, dextra Fulmen, finistra Hastam, quem Victoria co-ROMANUS S. C.
 ronat. Col. Trajan. n. 14.
 Dea stans. Pat. Ind. f. 17.

\* SENATUS POPULUSQUE ROMANUS S. C. FORT. RED. Sedet Fortuna, finistra Cornucopiæ, Temonemq;, dextra Signum tenet. Ind. Cavotorta. Fortè ad reditum Trajani ex Oriente, post Armeniam acquisitam.

TRAJANUS TR. P. XII. XIII. COS. V. IMP. VI.

COSS., A Cornelius Palma II. (1) C. Colvisius Tullus.

Via Trajana à Benevento Brundusium strata. Circus extructus dicatur.

Æ. IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P.

FELICITAS AUGUST. S. C. Figura stans, dextra Lauream, finistra Cornucopiæ.

MARS VICTOR S. C. Mars gradivus dextra Victoriolam, finistra Spolia.

PIETAS PERPETUA S. C. Figura Stolata, dextra Caduceum, finistra Cornucopiæ.

\* Jypiter nudus, dextra Fulmen, finistra Hastam. ad pedes Aquila, finc Pallas Galeata, dextra Hastam, ad pedes Noctua, illinc Juno velata, finistra Hastam, ad pedes Pavo. Riquius de Capitol. Rom. f. 167.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJÁNO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. P. P.

S. P. Q. R. OPTIMO PŘINCIPI VIA TRAJANA S. C. Figura jacens, dextro cubitu humi nixa Rotam læva manu portendens. Ind. Cavotorta.

Trajanus Viam Appiam refecit, omnium maximam, ac celeberrimam, quam Statius Papinius,

baud immeritò, Reginam viarum appellat, que ab Urbe, ac Porta Capena initium sumebat, ab Appio Claudio Censore, ut Frontinus inquit, ad Capuam usque munita. Tacitus tamen., & alii quidam Brundussum usq; stratam prodiderunt, quare sunt qui à Julio Casare, cui ejus Viæ cura commissa suit, Brundussum usque à Capua munitam tradunt: ea suit latitudine, ut Plaustra duo ex adverso invicem occurrentia libere exciperet, longitudine passum CCCXXX. M., sunt qui propter stexus, & ambages XX. M. adjiciant. Hanc novissime Trajanus Dione teste restituit, desscatisque paludibus, excisis collibus, aggeratis vallibus, ao pontibus extructis, permeabilem fecit, & de suo Nomine, Trajanam appellavit.

A PATT AND A PARA

TRAJANUS TR. P. XIII. XIV. COS. V. IMP. VI.

COSS. (2) Clodius Crispinus Priscianus. ... Solenus Orfitus.

A.U.C. 863. Christi 110.

OPTIMI cognomen sibi à Senatu decretum, hoc anno Trajanus admittit,

**E.** IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC, P. M. TR. P. XIIII, IMP. VI. COS. V. P. P. OPTIMO PRINCIPI.

TRAJANUS TR. P. XIV. XV. COS. DES. VI. IMP. VI.

COSS. C. Calpurnius Pifo. M. Vettius Bolanus.

*A.U.C.* 864. *Cbrifti* 111.

Bibliothecæ à Trajano extruttæ.

IMP. CÆS. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. DES. VI.

A.U.C.862. Christi 109.

ÆT. AUG. Figura stolara stans ambabus manibus capital Solis, & Lunz.
 S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI DACIA. Victoria inferibens Clypeo.
 DACICA. In Clypeo inferibens Victoria.
 VESTA. Figura sodens, dextra Palladium, sinistra Hastam puram per transversum.
 Æ. IMP: CÆS. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. DES. VI.
 S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI ÆT. AUG. S. C. Figura stolara stans, singulis manibus caput gestans Solis, & Lunz.

TRA-

(1) C. Calvissus Tullus II. Goltz. & Pagi. (3) Clodius Crispinus ..... Soleaus Orfitus.

1000Digitized by

TRAJANUS.

## TRAJANUS TR. P. XV. XVI. COS. VI. IMP. VI.

OSS. Trajanus Aug. VI. (1) T. Sextiue Africanus.

Aur. IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC.

Deus Genius, dextra Pateram, finistra Spicas.

P. M. TR. P. COS. VI. Figura stans, dextra Fulmen, sinistra Hastile, Toga tegens Figuram parvam.

Figura nuda cum Patera. Caput radiatum. P. P. S. P. Q. R.

P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. VOTA SUSCEPTA. Due Figure facrificantes ad Aram. Pro Viltoria, vel falate Trajani, fusoepta hoc anno vota. P. M. TR. P. XVI. IMP. VI. COS. VI. P. P. OPTIMO PRINCIPI.

IMP. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P.

Jupiter nudus fulmine protegens Figuram parvam. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. Figura stans, dextra Caduceum, finistra Cornucopiat.

Figura Militaris, dextra Hastam, sinistra Spolia. Deus Genius, dextra Pateram, sinistra Spicas. IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI FORT. RED. Figura fedens, dextra Temonem, finistra-Cornucopiae.

IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC.

FORT. RED. Figura sedens, dextra Temonem, finistra Cornucopia. PROVID. Figura stans, dextra Hastam, sinistra Ramum.

SALUS AUG. Figura sedens cum Patera.

P. M. TR. P. COS. VI. J VOTA SUSCEPTA. Due Figure facrificantes ad Aram. P.P. S.P.Q.R.

Deus Genius stans, dextra Pateram, sinistra Spicas. Figura stans, dextra Hastam, sinistra Scipionem Militarem sinistrum crus

Globo imponens.

Figura dextra Caduceum, finistra Cornucopiæ.

Figura Militaris gradiens, dextra Haltam.

IMP. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P.

Mars gradiens, dextra Hastam, sinistra Spolia super humerum k

\* Victoria, dentra Laurean, finistra Palmam. P. Minii.

1

E.

2. 4

COS. VI. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI DAC. CAP. Figure stans revinctis manibus ad pedes, hinc & inde Scuta. Col. Trajan. n. 26.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GERM. DAC. P. M. TR. P. XVI.

\* IMP. VI. COS. VI. P. P. OPTIMO PRINCIPI S. C. Goaz. Th 43.

\* P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. C. Deus Genius nudus, dextra Pateram, finistra Spicas. Nam. Arfcot. Tab. 34. n. 12.

IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC.

\* P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. S. C. Figura stans, dextra elata, sinistra Hastam, sub dextra alia Figura minor item stans. M. N. IMP. CÆS. NERVÆ TRAJAN. AUG. GERM. DACIC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. Imp. sacrificans in Templo sex Colum-

nis Corinthiacis extructo. (\*)

## TRAJANUS TR. P. XVI. XVII. COS. VI. IMP. VI.

COSS. L. Publilius Celfus II. C. Clodius Crifpinus.

A.U.C. 866. Chriffi 112

1

•	Columna Trajana dicata.	Q.1.1.1. 11.7.
lut.	IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. ARAB. ADQ. Arabiz Typus, cum Struthione.	
	CONSERVATORI PATRIS PATRIÆ. Jupiter stans, dextram porrigens Imper	•
	P. P. S. C. Marris, & Bellone colloquium	
	S. P. Q. R. J VIA TRAJANA. Figura feminuda humi procumbens, dextra Rotam tenens. OPTIMO Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopia.	
• .	PRINCIPI.   Thia Signa Cohostium.	
	Genius nudus, dextra Pateram, sinistra Spicas.	
	Figura equestris habitu Pacificatoris.	
•	Figura Militaris gradiens, dextra Pilum, finistra Spolia.	
Ar,	IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P.	•
	ARAB. ADQ. Figura stans, demra Ramum, sinistra Calamum cum Struthione	*
	ad pedes. M. N.	
	S. P. O. R. PAX. Figure flans, dextra Faceto Spoliis admovens.	

VIA TRĂJANA. Figura seminuda humi procumbens, dextra Rotam tenens. **OPTIMO** 

Deus Genius dextra Pateram, finistra Spicas. PRINCIPI

159

A.U.C. 865. Christi 112.

Figura equestris habitu Pacificatoris. Columna Cochlidis Trajani. \* Victoria inferibens Clypeo DACIA. Muser Davie. IMP. CÆS. NER. TRAJAN. OPTIMO AUG. GERM. DAC. alius TRAJANO. Thef. Theupol. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. Columna Cochlidis Trajani ... IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GERM. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. Columna Cochlidis. Trajani... TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS., VI., P. P. S. P. Q. R. Columna: Cochlidis. IMP.

(\*) C. Julius Africanus II. Goltz. Pagi, & Panvin. contra Tillem. (\*) IMP. C.E.S. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. FORTUNÆ REDUCIS. C. Fortuna flans, dextra Temonem, finifira Cornucopiz. D. Magnavace.

Digitized by Google

160

# TRAJANUS.

IMP. CÆS. NER. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

S. P. Q. R. OPTIMO Victoria coronans Imp. dextra Fulmen, finistra Hastam tenentem. M. N. PRINCIPI S. C. \* ALIM. ITAL. Figura stans, dextram porrigit Figuræ parvæ, finistra-Cornucopiæ. Ind. Cavotorta.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. in alus deest OPTIMO.

. ECA TRA. Fortè BIBLIOTHECA TRAJANI. Opus Hexaphilon pluribus instratum gradibus valvis præclusum.

S.P.Q.R. OPTIMO J CIRCUS TRAJAN. Circus, expressus Figura humi sedente inter tres metas, quas sinistra tenet, dextra Obeliscum. PRINCIPI S.C.

NAUMACHIA. Pugnæ Navalis in Tiberi exhibitæ Typus, cum ejusdem Fluvii fimulacro, & Lupa cum Romulo, & Remo.

VIA TRAJANA. Figura decumbens, pro pedibus Rota.

IMP. CÆS. NERVA TRAJAN. AUG. GER. DACICUS P. M.

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI VIA TRAJANA S. C.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO OPTIMO AŬG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

... Portus Trajani.

Trajani Portus opus hemisphæricum porticibus latis, Columnis compluribus, incujus medio Arcus Triumphalis, & in fastigio Bigz, & Trophza. Tutiorem reddunt Portum duz catenz, utrimque lapidibus affixz, & ad fauces Portus firmatæ, in cujus medio variæ Naves Prætoriæ, Celoces, Triremes, Phaleli. Sub ipfis undarum fluctibus, Neptunus Musco coronatus, dextra gubernacu-

S. P. Q. R. **OPTIMO** PRINCIPI

lum tenens, læva Delphino innixus. Ludi gladiatorii cum Leonibus.

Arcus Triumphalis quatuor Columnis Corynthiacis extructus.

Circus maximus à Trajano in ampliorem formam extructus. Oyfel. Tab. 97. n. 4. \* Columna Cochlidis Trajani.

Figura infidens Spoliis, dextra Victoriolam, finistra Hastam puram.

Fortuna stans, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. Ind. Polatio. \*

Portus variis Ædificiis ornatus, catena præclusus, in cujus medio Navis Imperat., & Triremes aliæ.

Templum sphæricum, & Porticus, Columnis aliquot fulta, cum Statuis, in Templo Jovis imago, Stylobatæ impofita.

\* Thorax. Ind. Polatio.

\* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. PROFECT. AUG. Imper. eques, dextra Haftam, præeunte Milite, & duobus aliis subsequentibus. Vaillant. Tom. 1. f. 48. Ad Profectionem Parthicam referendus.

-IMP. CÆS. NER. TRAJAN. OPTIM. AUG. P. M. COS. VI.

\* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. Portus ferrea Catena præclufus. Hulfius.

IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

\* SENATUS POPULUSQUE ROMANUS S. C. Columna nuda, cui Noctua infidet. Seguin. f. 138. ubi Nummus illustratur.

IMP. TRAJANO AUG. DAC. P. M. TR. P. COS. VI.

SENATUS POPULUSQUE Figura stans, dextram in sublime porrigens, sinistra Cornucopiz. ROMANUS S. C. Imp. inter duo Trophæa, quarum aliud amplectitur, ad aliud manum tendit, Telo armatam.

SENATUS POPULUSQUE ROMANUS FORT. RED. S. C. Figura fedens, dextra Ramum, finistra Cornucopiæ.

IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

\* SENATUS POPULUSQUE FORT. RED. S.C. Fortunæ Reducis fedentis Typus. M. N.

\* Figura stans, dextra Victoriolam, finistra Cornucopiæ. M. N. Figura stans, dextra Caduceum, finistra Cornucopiæ. Ind. Polatio. ROMANUS S. C.

IMP. CÆS. NERVA TRAJANUS AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. \* SENATUS POPULUSQUE Felicitas stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucop. Ind. Cavotorta.

-Victoria gradiens, dextra Lauream, finistra Palmam. ROMANUS S. C.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. ĞER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

\* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. Mars gradivus dextra Hastam, sinistro humero Signum Militare. Musai Cospiani.

TRAJANUS TR. P. XVII. XVIII. COS. VI. IMP. VII.

A.U.C. 867. Cbrisii 114.

COSS. Q. Ninnius Hasta, P. Manilius Vopiscus.

Affyria in potestatem P. R. redacta. Basilica Ulpia, & Forum Trajani dicatum

**Ş.** C.

Aur. IMP. TRAJANUS AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. BASILICA ULPIA. Basilica Foro non absimilis, statuis ornata. DIVI NERVA, ET TRAJANUS PAT. Capita Nervæ Laureatum, & Trajani absque Laurea, fe respicientia. FORUM TRAJANI. Ædificium pulcherrimum, & Quadrigæ Triumphales. \* VIA TRAJANA. Figura humi procumbens, pro pedibus Rota. Vaillant, Tom. 1. f. 63. IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. At. ASSYRIA IN POTESTATEM P. R. RED. Figura Stolata, finistra Cornucopiæ, dextra Hastile. CONSERVATORI PATRIS PATRIÆ. Duz Figurz, quarum superior dextra fulmine inferiorem protegit. DIVUS PATER TRAJAN. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastile. IMP.

Digitized by Google

IMP. TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

BASILICA ULPIA S. C. Bafilica, Foro Trajani non abfimilis, statuis undique ornata.

DACIA PROVINCIA S. C. Figura fedens cum Puerulis.

FELICITAS AUGUSTI S. C. Figura stans dextra Ramum, finistra Cornucopiæ.

ITALIA RESTITUTA S. C. Imp. fedens, ante quem mulier, cum duobus pueris, quorum alterum sinu gestat, alterum dextra ponè sequentem tenet.

IMP. CÆS. NERV. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC.

E.

AQUA TRAJANA S. C. Fluvii jacentis Typus. \* AQUA TRA. S. C. Eodem Typo. Num. Arfcot. Tab. 33. n. 32. IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. \* DACIA AUGUST. PROVINCIA S. C. Figura fedens habitu militari, finistra Signum Legiona-

rium, prope eam duo pueri nudi, quorum unus Spicas, alius Perfonam tenet. M. N. \* FELICITAS AUGUST. S. C. Stat Dea, dextra Caduceum, finistra Cornucopiæ. Ind. Cavotorta. \* FELICITAS AUGUSTI S. C. Figura stans, dextra elata, finistra Cornucopiæ. Musei Cospiani. IMP. TRAJANUS AUG. GER. DAC. P. M. TR P. COS. VI. P. P. DIVUS PATER TRAJAN. Caput Trajani Patris Confectati. IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. O. B. OPTIMO PPINCIPIS C. FORUM TRAJANI. Ædiscium pulcherrimum in

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI S. C. FORUM TRAJANI. Ædificium pulcherrimum, in... cujus Peristylio S. P. Q. R.

OPTIMO PRINCIPI IMP, TRAJA-NUS AUG GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

Fuit in Regione VIII. cum Templo, & Equo Æneo, ac Cilumna Cochlide, cujus erat altitudo 128. pedum, intus erant gradus 185. fenestellæ 45. Illud Amm. Marcellinus scribit singularem sub omni calo fuisse structuram, & vel Numinum assensione m.r.sbilem, vide Cal. lib. 28. cap. 10. 12.

\* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI BASILICA ULPIA S. C. Bafilica Foro Trajani non abfimilis, Statuis undique ornata. Num. Arscot, Tab. 36. n. 7.

#### TRAJANUS TR. P. XVIII. XIX. COS. VI. IMP. VIII. IX.

COSS. (1) L. Vipfanius Meffalla. M. Vergilianus Pedo.

A.U.C. 868. Cbrifti 115.

	Antiechia Terramotu ingenti quassata. Armenia, Mesopotamia, Provincia salta. Nisibi, Batnisque captis, PARTHICUS dicitur Trajanus.
Aur.	IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GERM. DAC.
	PARTHICO P. M. TR. P. Figura Militaris, dextra Hastam, sinistra Scipionem, dextro pede
	COS. VI. P. P. S. P. Q. R. Globum calcans.
	-Victoria, dextra Lauream, finistra Palmam.
	IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO OPTÍMO AUG. GER. DAC. PARTHICO.
	PARTHIA CAPTA. Duz Figurz captivz fedentes ad Trophzum.
	PROVID. Providentiz Typus, finistra Hastam, ad pedes Globus.
	P. M. TR. P. COS. VI. J Genius, dextra Pateram, finistra Spicas.
	P. M. TR. P. COS. VI. J Genius, dextra Pateram, finistra Spicas. P. P. S. P. Q. R. Mars gradivus, dextra Hastam, finistra Spolia.
	Figura Milit. dextra Hastam, sinistra Bacillum, sinistrum pedem elevans.
	Figura stolata, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.
	IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. PARTH.
_	* PARTHIA CAPTA. Trophzum. Ex Museo Ruzini 3. C. Bon.
dr.	IMP. CÆS. NER. TRAJAN. OPTIMO AUG. GERM, DAC.
	Figura Militaris stans, dextra Hastam, sinistra Scipionem, sinistro pede Globum calcans.
	PARTHICO P. M. TR. P.   Caput radiatum.
	COS. VI. P.P. S.P. Q. R. * Victoria alata gradiens, dextra Coronam, finistra Palmam. Thes. Theupol.
	Deus Genius stans, dextra Pateram, finistra Spicas, & Papaver.
	FORT. RED. Fortuna stans, dextra Temonem, sinistra Cornucop.
	PROVID. Cum Providentiæ Typo.
	IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. PARTHICO. in alio OPTIM. M. N.
	PARTHIA CAPTA. Duz Figurz captivz sedentes ad Trophzum.
	*   PROVID. Providentia, finistra Hastam, ad pedes Globus, dextra Bacil-
	lum, finistro cubitu Columnæ nixa. M. N.
	P. M. TR. P. COS, VI. ) Genius stans, dextra Hastam, sinistra Spicas.

;

<b>.</b>	\$ s	IMP.
	* PARTHIA CAPTA. Duz Figurz sedentes ad Trophzum. Tristan. Tom. 1. f: 398.	
	Trophzum cum Spoliis. M. N.	
	* PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. Mars gradivus, dextra Haftar	n Gnifter
	IMP. CÆS. NER. TRAJAN. OPTIM. AUG. GERM. DAC.	
	-Figura nuda stans, dextra Delphinum, finistra ignotum quid.	<i>M</i> . N.
	Figura stolata, dextra Caduceum, finistra Cornucopiæ.	
	Figura stans, dextra Hastam. P. Minii.	
	· [ rigura minitaris, dextra riaitam, unitra bacinum, inituam peac	

P. P. S. P. Q. R. Mars gradivus, dextra Haftam, finistra Spolia.

Digitized by Google

21

162

Æ.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. PARTH. TR. R. COS. VI. P. P. ADIAB. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Figura captiva sedens, veste indigena scemori apposita, læva capiti subjecta inter spolia armorum, quæ omnia Trajanus Paludatus protegit.

IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GERM. DAC.

\* PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. Figura muliebris stans, dextra Aquilam Legionariam, finistra Cornucopiæ. Musai Daviæ.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

IMP. VIII. S. C. Imp. fedens in fubstructione, ante quem Cohortes.

Nifibi, Batnifque captis IMP. VIII. dicitur. Ex Dione. IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. IMP. VIII. S. C. Imp. fedens pro Tribunali, cum duobus Senatoribus, ante Tribunal Milites sublatis dextris sacramentum Imp. præstant.

IMP. CÆS. NER. TRAJAN. OPTIMO AUG. GERM. DAC.

PARTHICO PON. MAX. TR. P. COS. VI. P. P. Corona Quercea, in qua S. C. IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. IMP. VIII. S. C. Allocutio Cohortium.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. PARTHICO. in alio IMP. CÆS. NER. TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P. SENATUS POPULUSQUE ROMANUS S. C. Duo Trophæa, in quorum medio Imp. unum. amplectens, & ad aliud manum tendens.

PROVIDENTIA AUGUSTI S. P. Q. R. S. C. Figura stolara stans, dextra Columnæ nixa, sinistram portendens fuper Globum.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO OPTIMO AUG. GER. DAC. PARTH. TR. P. COS. VI. P. P. -ADVENTUS AUG. MAURETANIÆ S. C. Mauretania gratulatur Imperatori, Sacra peragenti, dextra Pateram, finistra Labarum coram Ara, cui Taurus accubat.

 $\mathbf{X}$ S. P. Q. R. OPTIMO

ARAB. ADQUIS. S. C. Ut fuperioribus annis. Ind. Polatio. ARABIA CAPTA S. C. Palma, cui affidet Arabiæ captæ Typus.

ASSYRIA, ET PALESTINA IN POTEST. P. R. REDAC. S. C. Mas, & Fæmina Af-PRINCIPI. fyrii Patrio habitu Palmæ alligati, utramque manum in capillos, & genas injicientes. DE CALDÆIS S. C. Idem cum priore, adjuncto Camelo.

VICT. ASSYR. In Clypeo à Palma pendente, assistente Victoria S. G.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC. PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI ADVENTUI AUG. ARAB. S.C. Imp. eques, finistra Hastile præeunte Milite, cum Labaro, sequentibus duobus Signiferis.

Nummus hic indicat transitum Trajani per Arabiam, vel oum ad Assyrie, & Mesopotamie expeditiones profectus est, vel cum Babylone rediit, ut superior ADVENTUS MAURETANIÆ occasione carundem expeditionum.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO AUG. GER. DAC. PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Arabia excipit advenientem Imp., cui Palmam porrigit.

BABYLONIA. Structura è lapide quadrato cum duabus Portis, & Pyramidibus, in S. P. Q. R. circularem formam.

OPTIMO Babylone Trajanum moratum, cum ad Parthicam expeditionem processit testis **PRINCIPI**. cum Dione Nummus.

EUPHRATES. Pons supra Euphratem constructus. Imp. Laureatus, & Togatus, Schedam sinistra tenens, subsequentibus Militibus cum Fluvio jacente, sinistra Gubernaculum tenente, Cymba adjuncta.

Pontem sup er Euphratem struxit Trajanus, ut copias in Mesopotamiam, 👉 Assiriam, facilius traduceret, ut & Danubio, & Tigri aliis expeditionibus.

IMP. CÆS. NERVÆ TRAJANO ÖPTIMO AUG. GER. DAC. PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P.

AR MENIA, & MESOPOTAMIA IN POTESTATEM P.R. REDACTÆ S.C. Imp. stans dextra Hastam, sinistra Sceptrum, ante cujus pedes humi procumbunt duz Figurz, & tertia à tergo, Imp. Paludatus, cum Captivis, & Fluvio ex Urna aquam effundente.

ARMENIÆ, ET MESOPOTAMIÆ IN POTESTATEM P. R. REDACTÆS. C. Eodem Typo. ARMENIA DEVICTA. in alio SUBACTA..

IMP. CÆS. NERVA TRAJAN. AUG. GERM. DAC. PARTH. PONT. MAX.TR. POT. COS.VI. P.P. \* S. P. Q. R. OPΓIMO PRINCIPI. Forum Trajani cum Bibliotheca, Bafilica Ulpia, & Circo: in medio Columna Cochlidis. Strada f. 57.

\* PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. Figura nuda Galeata gradiens, dextra Hastam, sinistra-P. P. S. P. Q. R. S. C. Clypeum. Num. Arscot. Tab. 36. n. 10.

\*) Figura muliebris stans, dextra Caduceum, finistra Cornucopize. Ibidem n. 11.

